156 Administratores vero, & Officiales pecuniarum negligétes exigere suo congruo tempore reditus, tam Regij Patrimonij, quam Reipublicæ, septem pœnas eis esse de iure impositas, & constitutas provt latissime refert
157 egregius, ac per quam eruditissimus omnibusque numeris absolutus D. Michael Salba & de Vallieca Regens Regium Cancellariani in supremo Aragonum consilio, dominus meus inmunè colendus non satis pro dignitate laudandus in suis doctissimis decisionibus manu scriptis, dec. 8. 28. per totam.

158 Graue enim semper antiquioribus visum fuit huiusmodi peculatus delictum adeò, quod inter publica delicta sedem habet, l. 1. ff. de Pub. iud. §. Item lex Iulia peculatus, ff. eod. tit. illud quoque in tantum ab antiquis detestabatur, quia vt legitur apud Celium Rodigi. num. libra 12. lectionum antiquarum cap. 28. Athenienses propillius coercitione, & pœnitione peculiares Iudices deputatos habebant, quos Logistas Romani quoq; vocabant vt refert Tullius pro Cluentio, & Livius lib. 20. & 27. pariter speciales magistratus ad id deputatos habebant, qui de huiusmodi crimine iudicarent, licet quandoque Senatus, & aliquando populus ipse iudicabat.

159 Denique scire etiam oportet, quod rationes aliquando absente administratore, & examinatæ cum libro administrationis illius potest per iudicem prorsus aliquatenus proferri sententia aduersus illum ex absentem, & non citatum, quamuis citatio partis, omnino sit, & licet diuino, naturali, & positiuo requiratur, in quocunque iudicio tam quàm cuiuscunque mario, & ex studio vtili. l. de Vnoquoq; ff. de Reg. iudic. cap. cum olim de cleric. cui in simili libi aliam sententiam, & opinionem probat Bar. ex glo. in l. 2. §. 1. ff. de Administr. rer. ad ciuit. pertin. & illam sequuntur plures Doctores quos refert Iason l. Nec quicquam ff. de Officio pro consul. & iegat. num. 48. & glo. in l. 2. C. de contr. iud. tutel & quod not. Abb. in cap. cum non ab homine col. pe. de Iudicijs & Platea in l. fin. C. de Priuil. scholar. lib. 12. & not. Iaf. in l. Si quis arbitratu num. 22. ff. de verb. obligatio. & facit text. expressus in l. 2. §. Quod de frumentaria ff. de Administratione rerum ad ciuit. pertinen. vbi sententia Iaso. adueritus administratorem publicæ annonæ frumentariæ circa reliqua ex rationibus sui libri liquidata, potest executioni mandari inquit enim ibi *Quod de frumentaria ratione in alium rem sum conuersum est, sue causa cum incremento quod ex eo resultauit, idque etsi contra huiusmodi pronunciatum est, inanis querela est*, & hanc conclusionem probant Bart. ibi & in l. infrà. num. 8. C. de iustificand. lib. 10. loquendo in reuisore quatumcunque rationum indefinite Paul. Castrens. in l. Nec quicquam §. Vbi decretum ff. de Offi. pro consul. Iaf. in dict. l. Si quis arbitratu num. 22. ff. de Verbo. oblig. Auenda. de exequendo mandat. 1. par. cap. 6. num. 3. & cap. 10. Præter. 2. par. num. 36. Bellug. in specul. Princip. tub. 37. §. Inhumanum num. 4. Affl. d. decis. 378. Conrad. 1. par. mu. 3. in cœrtial. breuia lib. 1. cap. 9. §. 2. pag. 23. limit. 70. alios refert Redin. de magest. Princip. verbo sed etiam per legitimos num. 108. fol. 84. Bouadil. lib. 5. cap.
160 4. num. 83. vbi subdit, quod exco reliqua residentia ex tutore, libri depositarij publicæ annonæ executari possunt, etiam vbi ipse non interfuit rationibus, quia cum ex eius libro rationis constare debeat, de introitibus, & exitibus rationis cõmunis, & nullam aliam defensionem habere

bere possit, proprerea inquit, quod ratio dispungi, & reliqua executioni mandari possunt parte non citata. sequitur Escobar de Ratiocinijs cap. 31. num. 22. vers. in contrarium, & nu. 23. vbi etiam dicit, quod cum ex libro Administrationis, qui habetur tanquam probatio probata notorie constet, quod triticum, vel pecunia ex tritico frumentariæ annonæ redacta, in alios vsus conuersum fuit, cum hoc defacto factum fuerit, de facto etiam restitutio fieri debet, adducens quod sicut in notorijs, & manifestis spoljis de facto, & absque strepitu, & figura iudicij proceditur ex tex. in cap. ve nerabilem, & in cap. bonæ de electio, ita in facto notorio in quo nulla potest defensio competere, absque citatione, ad sententiam & eius executionem proceditur pro his facit, quod tradit Peregrin. de Iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 6 vbi subdit, quod Administrator ærarij publici viso libro rationum per reuisores deputatos super computis, & rationibus, vbi repertus fuerit debitor absque alia citatione condemnatur, & exigitur.

Nec de his mirari quis debet, etenim quam plures sunt casus in iure in quibus citatio non requiritur, septuaginta autem refert. Hipolit. in repetitione l. de vnoquoque à num. 40. vers. Et primo, vsq. ad n. 113. ff. de Reiud. idem in singul. 175. alios casus referunt Marian. Socin. in rub. de Dilatio. artic. 7. in princ. Paz. in pract. 1. tom. 1. par. tempore 3. nu. 13. Redin. vbi supra n. 90. cum sequen. fol. 100.

Rursus non solum rationes exigi, & examinari possunt absente administratore (vt dictum est) verum etiã sententia lata contra illum, super eo, quod remanserit debitor, ex qui perierit non obstante appellatione ex tex. in Auth. de sanctissimis Episcop. § Economus in verbo repitionem, in verbo Non enim, & ibi Angel. & Castellus in l. 27. Tauri in fi. in tract. de ratione reddenda Auil. in c. præter. 10. verbo Execution. num. 37. & cap. 30. glos. 1. n. 3. Aucudan. d. cap. 10. præter. 2. par. num. 37. Azeued. in l. 22. tit. 6. lib. 3. recop. glos. 1. num. 3. Giron. de Gabel. 2. par. § 1. nu. 19. fol. 35. alios refert Bouadil. lib. 5. cap. 4. n. 84. & Peregrin. de Iure fisci, lib. 6. tit. 7. num. 24. Quod debitores fiscales manifeste conuicti non appellant per tex. quem allegat in l. Quoniam C. de Appell. & l. Abstinẽdũ C. Quorũ appellan. non recipi. & vbi appellauerint appellatio interposita non suspendit executionem iudicati in materia publicæ pecuniæ, referens ita fæpissime practicari, quinimo, & ibidem sub num. 37. dicit idem Pereg. quod huiusmodi debitores fiscales nõ possunt cedere bonis, vt cedendo liberare se valeant, à debito, & a carceribus ex eo quia condemnatus in maleficijs, si non habet in ære luat in corpore per iura, & DD. quos ibi allegat.

Restat nunc vt videamus an Administrator tãm publicus, quam priuatus, qui post redditam rationem obtinuit liberationem, seu quietationem possit denuo compelli ad dictã rationem reddendum. Hanc quæstionem diuersis in locis proponũt innumeri DD. de hac materia agentes, qui omnes vnanimiter concludunt. Quod ratio semel data per Administratorem, obtentaq. per eundem in eius fauorem liberatione, seu quietatione, non tenetur, nec cogi potest, iterum rationẽ reddere per tex. in l. Semel, C. de Apoch. pub. lib. 10. & ibi Bart. & eius additio. Ioan. Monach. Ardiach. Ioan. Andre. & cæteri in c. vnico de clericis egrota. lib. 6. Socin. consil. 92. n. 1. vol. 4. Parisi. consil. 89. nu. 1. vol. 1. Castell. in l. 27. Tauri in tract. de ratione reddend. vers. Fallit primo nu. 19. fol. 124. Roland. consil.

49. numer. 39. vollu. 1. Decis. Genuæ 24. numer. 1. & 98. numer. 1. fol. mihi 171. Auend. de exeq. mand. 1. part. capit. 9. numer. 2. & capit. 10. numer. 39. par. 2. vbi hanc sententiam amplectitur maximè quàdo rationes redditæ fuerunt primo per modũ syndicationis. Et quidem hoc iustissima ratione fuit constitutum, vt cuitaretur processus in infinitum, ne verationes immortales efficerentur, illud enim antiquum Iudicum solebat esse axioma, vt si petitio fieret in iudicio, vt rationes redderentur, alicuius administrationis, ipsi quasi irridendo actorem responderent, detur copia nepotibus. *O ingens labirintum, ò monstrum septem capitum, vbi vnum si comeras, septem alia renascuntur.* Quam rationem decidendi tradit Iaff. ad dict. l. Semel in l. Vnica C. de Errore calculi, vbi docet optimam cauthelam, vt reus condemnatus ad reddendum rationes libereturr, à molestijs, quam sequuntur Angel. in l. 1. §. Tributio ff. de Tributoria & Auiles in capit. 30. Prætor. glo. y acaban de tomar.

167 Hanc generalem conclusionem plerique ex dictis Doctoribus limitant non procedere nec locum habere quando in ratione reddita allegatur error calculi iuxta notat in l. Calculus ff. de Administr. rerum ad ciuit pertt. l. Vnica C. de Errore calculi ibi. *Errorem calculi siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit veritati non afferre præiudicium sæpe constitum est, vnde rationes sæpe enumeratas denuo tractari posse,* &c inferius ibi. *Sed & si per errorem calculi velut debitam quantitatẽ, cum esset indebita, promisisti conditio liberationis tibi*

169 *competit.* Consistitque error quandoque in mathematicis vt puta quãdo calculatores dixerunt in computatione duo, & tres esse octo, & aliquando vbi in ipsa computatione esset erratum in iure, eo quod oneratus fuisset administrator de parcellis, quibus iure onerari non debuit, vel vice versa non fuit oneratus de parcellis iure ab ipso debitis. Talis enim casu, etsi ex iuris dispositione ratio retractari non deberet permodum actionis, saltim per officium Iudicis iste error retractandus foret, ex Bart. & Plat. in l. Instar C. de Iure fisci libr. 10. Paris. consil. 89. numer. 27. Mascard. conclu. 253. numer. 1. & 13. Bald. consil. 386. libr. 1. Aym. consil. 188. numer. 10. Plot. de in litem iur. numer. 527. Guttier. de iuram. confirma. par. 3. capit. 7. numer. 1. Surd. decis. 239. numer. 1. & 2.

170 Scire etiam oportet, quod illud, quod sæpe dici solet, quod error sententia confirmatus, propter auctoritatem rei iudicatæ retractari non debet, ex tex. in l. 1. C. Communia vtriusque iud. & in l. 1. C. de Cond. indeb. procedit quando error fuit paruulus, & in iure consistit ex tex. in l. Quamuis & ibi notant scribentes communiter Bald. in l. 1. C. Si aduersus solut. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 76. Et ratio potissima quare paruulus error in rationibus factus, & per Iudicem approbatus in via executiua reuocari non debet, ea est, quia in viae executiua non agitur iure actionis, sed officio Iudicis quis adsoluendum cõpellitur, vnde cũ de minimis non curet Prætor vt in l. Scio ff. de In integ.

168 ctari posse, &c inferius ibi. *Sed & si per errorem calculi velut debitam*

Hę resti-

restit. Iudex illum reuocare non debet propter auctoritatem rei iudicatæ. Secus tamen si error magnus esset, & Iudici ponderosus & nimis considerabilis appareret, considerata qualitate damnum passi & illius contra quem error resultat, quia hoc casu officio Iudicis, retractari poterit, ex naturali ratione, quæ prohibet, vt nullus cum alterius iactura locupletetur l. Nam hoc natura ff. de Cond. indebit. & hanc sententiam tenet Castellus in l. 27. Tauri. vers. vero Auiles in capit. 30. Prætor glos. y cabeça quos refert & sequitur Escobar de Ratiocinijs capit. 41. numer. 10. subdens per Regiam Cancellariam Pincianæ secundum prædictam distinctionem fuisse iudicatum.

171 Præterea licet refutationes, seu diffinitiones factæ per minores administratoribus suis cum iuramento super administratione tutelæ sint validæ, ex Doctrina Baldi in auth. Sacramenta puberum C. Si aduersus venditio. & aliorum, quos refert Ioan. Gutir. de iuram. confirmato. par. 1. capit. 40. numer. 6. Nihilominus huiusmodi diffinitio-

172 nes non valent, si constiterit, computationem priorem, aut fuisse erroneam, aut non plenam, vt cum Iassone consil. 219. numer. 2. libr. 2. & Petr. Anchar. consil. 331. tenet Baeça de decim. tut. pres. capit. 2. numer. 162. & seq. vbi ex Anchar. hoc extendit etiam si minor cum auctoritate curatoris, & decreto Iudicis fecerit generalem liberationem tutori & asseruerit rationem administrationis sibi fuisse redditam, & insuper iurauerit, adhuc ex his non liberatur tutor à reddenda ratione administrationis & allegat ad hoc Socin. latissime rem hanc, & materiam agentem consil. 159. numer. 11. libr. 2. eandem etiam opinionem sequitur Roland. à Valle dict. consil. 49. numer. 66. lib. 1. vbi plures alios refert.

173 Verum est animaduertendum, quod is, qui allegat in rationibus redditis errorem interuenisse, debet illum probare ex tex. in l. de Ætate. § fin. ff. de Interrog. actio. capit. fin. de confess. vbi, quod reuocatio, & erroris probatio, vsque

174 ad sententiam fieri debet, vnde sequitur, quod post conclusum in causa non potest probari error, sed bene potest reuocari quando nihil venit probandum, vt tradit Afflict. decis. 44. numer. 2. Et pro hac opinione facit regula quæ habet, quod ei, qui dicit, incumbit onus probandi, non vero ei, qui negat, quia actore non probante reus etsi nihil præstiterit obtinebit, vt in l. 2. ff. de Proba. & in l. Actor quod asseuerat C. Eod. & l. Qui accusare C. de

175 Edend. & in ijs terminis, quod scilicet alleganti rationem non fuisse plene, & legitime redditam incumbit onus probandi, probant latè Roland. dict. consil. 49. numer. 50. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 76. prope fin. Escobar de Ratiocinijs capit. 2. Cancer. part. 3. capit. 15. numer. 302. & 303. vbi ad hoc propositum tres refert Regij Senatus Cathaloniæ decisiones.

176 Secundo supradictam conclutionem pariter limitant Doctores non procedere, quando in rationibus reddendis interuenerit dolus administratoris, nam tali casu non valet liberatio, & diffinitio ab eo obtenta, etenim tritissima est omnium Doctorũ opinio, quod dolosa redditio rationis, & eius liberatio seu quietatio nullo modo valet not. Alex. in consil. 74. voll. 7. Bart. in

in l. Tutor qui reperto rium ff. de adminiſtr. tuto in fine. Aſſlict. de-
177 cil. 360. Vbicunque enim de adminiſtratoris dolo tractatur, tunc nulli dubium eſt, quin rationes ſemel, ſeu pluries calculatæ poſsint iterum atque iterum calculari, non obſtante quitatione & liberatione per ipſum adminiſtratorem obtenta, quæ hoc in caſu nullatenus computorum reuiſionem impedit, ſecundum Socin. conſil. 92. numer. 19. libr. 4. Bero. conſil. 119. numer. 15. & ſeq. & numer. 27. libr. 1. Menoch. de arbitra. caſu 209. numer. 39. Hypo. Riminal. conſil. 338. numer. 55. & ſeq. libr. 3. Deciſ. Pedemont. 58. numer. 10. & ſeq. vſque numer. 17. iunct. numer. 35. & ſeq. Paris. conſil. 89. num. 16. & ſeq. libr. 1. Thob. Non. conſil. 63. numer. 2. Roland. dict. conſil. 49. numer. 25. & ſeq. iunct. numer. 39. & ſeq. libr. 1. quæ ſententia in tantum vera eſt, vt etiam ſi tutor haberet quitationem à minore præſtitam, præcedente auctoritate curatoris, & iudicis decreto, adhuc aduerſus illam venire poteſt, vt tenet Baeça de decim. tut. capit. 2. numer. 163. quem refert, & ſequitur, Eſcobar de Ratiocinijs capit. 41. num. 4.

178 Et adeo prædicta procedunt, quod etſi liberatio firmata fuerit, per publicum inſtrumentum, cum iuramento ex certa ſcientia pluries, & verbis, & facto retificata cum ampliſſima forma, cum prægnantibus verbis, cum pacto tranſactione, laudo, ſeu etiam promiſsione de non contraueniendo, cum decreto Iudicis, & cum aſſertione, quod computa fuerunt bene viſa, diligenter examinata adequata, ac ſub quibuſuis alijs ſimilibus clauſulis, & adhuc venire poteſt contra dictam liberationem ſcripſerunt Socin. conſil. 159. & 190. libr. 2. Paris. dict. conſil. 89. libr. 1. Thom. Non. dict. conſil. 63. numer. 8. & ſeq. Hypolit. Riminal. conſil. 338. libr. 3. præſertim numer. 10. in fine, & numer. 55. loquitur quando in liberatione, ſeu quietatione aſſereretur, quod partes ſunt pares, & numer. 15. vbi idem quando fuit renunciatum errori calculi & numer. 16. & ſeq. iunct. numer. 66. vbi etiam quod reuiſio peteretur poſt
179 concluſas rationes, licet enim liberatio facta adminiſtratori maxima vim habeat ad ipſum liberandum ab vlteriori, & iterata redditione, vt per Bart. in l. 2. in fine C. de Iur. fiſci libr. 11. Decius conſil. 94. numer. 4. & in l. 1. numer. 3. C. de Errore calculi. Hoc tamen intelligitur, niſi tractetur de dolo adminiſtratoris, quia tunc talis liberatio, nihil ei ſuffragatur ex præallegatis.

180 Et hinc dicitur, quod doli allegatio aduerſus liberationem, & quitationem admittitur, etiam quod poſt eam ſubſequatur tranſactio pactum laudum, aut quælibet alia ratificatio, verbis, aut facto, ſic in terminis locutus fuit Paris. conſil. 89. numer. 7. cum alijs per eundem allegatis Roma. conſil. 54. in fine Cephal. in conſil. 142. numer. 15. & iure quidem nam in qualibet diſpoſitione ſemper dolus cenſetur excluſus l. Creditor. §. Lucius ff. Mandat l. Si pater, ff. Quæ infraudem credit. Pariſ. conſil. 107. numer. 35. libr. 3. Menoch. de arbitra. quæſtio. 13. numer. 18. & ſeq. & in terminis, quitationis, & liberationis voluit præcipue Theſaur. deciſio. Pedemont. 14. numer. 7. & ſimiliter in eiſdem terminis Eſcobar de Ratiocinijs capit. 40. per tot. & ſignanter num. 14. & 15.

181 Hinc etiam dixit Auendan. 2. par.

cap.10.prætor.num.40. quod si contra liberationem,quæ vulgo dicitur. *Fin,y Quito,* dicitur, quod fuit data nõ viso libro rationũ qui ex cõsequẽtia actus adminiſtratori) venit oſtendendus, & ſic cum non dicatur legitimè reddita ratio, non valebit liberatio,imo adminiſtrator dicitur fuiſſe in dolo,& doloſa redditio rationis, & eius liberatio , nullo modo valet, etiamſi talis liberatio habeat plures renunciationes,& pœnæ adiectiones de non contraueniendo,quia ſunt ipſo iure nullæ, & tanquam acceſſoriæ regulantur, à principali, quod nullo modo valet, & p.uribus allegatis, ibi latè probat, & tenet plures etiam ad hanc ſententiam cõprobandam allegat Eſcobar de Ratiocinijs dict.cap.
182 40. numer. 16. Et Auendo.loco præallegato numer. 41. dicit idem eſſe ſi oſtendatur liber, & rationes præceſſiſſent intricatæ, quæ non facile poſſent intelligi,nam intricata ratio nõ eſt ratio nec data videtur l. Cum ſeruus ff. de Cond. & demoſtratio. l. Argentarius .§. Edi ff. de Edendimò ex ipſa intricatione rationum fraus,& dolus præſumitur l.Summa. 22. ff. de Pecul. & ibi Bar. tenet Bonadil. alios referens libr. 5. capti. 4.
183 numer. 71. ad med.ſub litera B. licet prædicta ſentẽtia locum non habeat circa minutas expenſas, quia etſi intricatè eſſent ſcriptæ,inramento tamen adminiſtratoris ſtandum eſſet, vt in l.fin.§. In computatione,& ibi notant communiter ſcribentes C. de Iur. deliber. & in l. Si quid pro redemptione ff. de Donatio. & in l. Diuus, ff. Si cui pluſquam per l. Falcid. & ita explicat Bonadil. vbi ſupra num. 73.

184 Debent igitur adminiſtratores, omnia ſingulariter explicitè, & particulatim in libro rationum deſcribere, vt poſt Bar. in l.2. C. de Nauicularijs voluit Bald. conſil. 150. Deciſio Genuæ 164. numer.22.& deciſ. 137.Maſcard.de proba.conclu.976. num. 7. Baeça de decim. tut. cap.3. num.282.Ex ſimili namque deſcriptione adminiſtrator ſuam diligentiam, & bonam fidem demoſtrat l. 1.§. Officio ff. de Tutel, & ratio diſtrah. ibi. *Sic enim actus ſui fides, & diligentia demonſtratur,* & conſequenter ſi id non facit dolus, remiſſio, & negligentia , manifeſtè arguitur , vt tenet Aymon de Antiq. limit. 4. num. 44. & conſil. 225. num. 4. Dumauderius in tract. de tutore cap. vnico de tutorum , & curatorum iuſtificatione numer. 10.
185 oportet ideò rationes cauſam continere , quæ incerta , nec obſcura, ſit comparantur enim hæ,cauſam non adijcere, vel talem adijcere, quæ intelligi rectè nequeat, ita locutus fuit Alex. conſil. 172. numer. 6. vol. 2. quem & alios ad hoc refert,& ſequitur Beneuent. in tract. de mercatur. 2.par. in princip. numer. 60. propterea que dicitur, quod niſi cauſa liberationis vera appareat, non dicitur ratio reddita, ſed quædam confuſio vt in l.Cum plures .§.In primis ff.de Adminiſtr. tut. & Bald. not. in dict. l. 2. C. de Nauicularis lib. 11.

186 Poteſt etiam retractari liberatio ab adminiſtratore obtenta , ſi ex ea reſultat enormiſſima læſio , ex qua neceſſario reſultat dolus, vt in l. Si de meis .§. Recepiſſe, & in l. Etſi ſeruum .§. Si quis Iudex ff. de Arbitris vbi enim enormitas in propoſito, ibi reſultat dolus vt probat Bald. conſil. 380. præmitto,maximè ſi per inſidias, & perſuaſionẽ fuerit data liberatio vt probat Cor. conſ.236. col. fin.& conſ. 258.lib.4. cum autẽ præſumatur talis dolus ex enormiſſima læſio-

læsione, ideo non valet liberatio, etiam si ei renunciatum esset, ex notatis per Anto. de Butr. consil. 24. quæstio hæc, & not. Doctores in §. arbitrio iust. lib. 3. & quando dolus. & persuasio dolosa cum læsione concurrunt in liberatione facta, eo ipso est liberatio, & definitio nullo ipso iure, & semper potest peti, vt ratio de nouo redatur, arg. notatorum per Oldra. consil. 37. ad primam quod est mirabile.

187 Demum ne aliquid intactum in hac materia ommittamus, est sciendum, quod publicæ rationes singulis annis sunt exigendæ vt in auth. de collatio §. Sed neque versicu. singulis annis, & clementina, quia contingit §. Illud etiam de religios, & sumpti. funer. Castel. in l. 27. Tauri in tract. de ratione redend. fol. 123. numer. 18. versic. quo ad quintum col. 7. & Bouadil. lib. 5. cap. 4.

188 numer. 4. Et in ista ratione rationis receptorum, & datorum, a publico administratore debent omnes vocari, & debet fieri in aperto & non in secreto, & ideo in pluribus locis, ratione, syndicorum & aliorum administratorum publicorum reduntur in publico, & generali consilio, vt tenet Ioan. de Platea in l. Securitates C. de Suscepto. & Archid. lib. 10. quem refert, & sequitur Auendan. 2. par. capit. 10. Prætor. numer. 30. in fin. 1. fin. in fin. C. de Debito. ciuit. libr. 11. l. fin. in fin. ff. de Administr. rerum ad ciuit. pertinen. Guid Pap. decis. 361. numer. 9. Bouadil. libr. 5. capit. 4. numer. 5. vbi dicit, quod rationes publicorum, in domo publica consilij ciuitatis diffiniri & reddi debent, & non priuatim in domo alicuis Officialis publici, sed palam in domo consilij apertis ianuis, & coram omnibus, quinimo, & quod quilibet ex vicinis, seu populatibus, qui talibus rationibus

assidere velit, non est reijciendus, cum possit animaduertere de aliquo errore, dolo, vel fraude ab Officialibus commisso & rationem ex eo reddit, quia si distpunguntur publicæ rationes, publicæ, & ab omnibus po-

189 pularibus debent examinari. Quilibet enim de populo, etiam sine mandato, potest peti, in iudicio petere rationes publicas reddi tenet Bart. in l. Vbi pactum num. 11. C. de Transactio. Innocen. Hostien. & Felin. in capit. dilecti de maioritat, & obedient. Curia Pisana. libr. 2. cap. 18. libr. 15. vbi nonnullos alios pro hac sententia refert.

190 Rationes vero tutorum, & curatorum, aliorumque singulatium administratorum in loco vbi administratio facta, est reddi debent per tex. in l. 1. & 2. C. Vbi de ratiocin. agi oportet l. Prætor. §. Is etiam ff. de Edend. l. Hæres absens §. 1. ff. de — Iud. Socin. consil. 31. in fin. & Maria. Socin. cons. 149. col. 1. Roland. à Vall. consil. 149. numer. 67. vol. 1. Baeça de decim. tut. cap. 2. num. 186.

191 Et an hoc procedat in tutore qui finita tutela alibi domicilium mutauerit, vel iam reddita ratione, aut post quam obtulit se paratum reddere discedat à loco num in his casibus cogi potest ad eundem locum venire pro reddenda secundo loco tatione, & cuius expensis vide Petr. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 47. n. 9. & Ioan. Gutier. par. 3. cap. 1. num. 125. in fine & 126.

192 Aduerte etiã in hac materia, quod tanquam singulare refert Paul. Castrens. in l. Vix certis ff. de Iudi. quem sequitur Auiles cap. 30. Prætor glo. y acaben, num. 4. fol. mihi 233. quod illi qui gesserunt, aliena negocia possunt petere calculationem, & reuisionem rationis vt absoluantur ab administratione, ne semper stent in suspenso, & post mortem, hæredes

molestentur, dicens esse sanum consilium, ne bona administratoris sint semper pignorata, & obligata pro administratione vt in l. Ciuitas & ibi Doctores ff. Si cert. petat cap. illud 13. quæst. 2. l. Si mater C. Ex quibus causis pig. tacit contrahat. & l. Vltim.
193 ff. Eod. Et quod Respublica habeat hypothecam in bonis sui administratoris vide tex. & ibi Plat. in l. fin. C. de Debit. ciuit. libr. 11. Negusan de pigno. membro. 4. nu. 9. Giron de Gabellis 4. par. §. 1. num. 5. Bouadil. lib. 3. cap. 8. num. 91. & lib. 5. cap. 4. num. 80. sub litera D. alios refert Escobar de Ratiocinijs cap. 19. nu. 6. 13. & 14. vbi declarat an bona administratoris Ecclesiæ, vel alicuius Hospitalis sint tacite hypothecata pro mala administratione, & ex multis, quos allegat, partem affirmatiuam tenet, vt ibi per eum latius est videre.

194 Et quia in rationibus reddēdis, fit nominatio calculatorum à partibus respectiuè nominandorum, & tertij in casu discordiæ cuius nominatio ad Iudicem pertinet, in ipsisque rationibus insurgunt dubia, & alia ad id emergentia de quibus omnibus erudite, ac latissimè suo more tractat Escobar de Ratiocinijs cap. 32. per tot. ideo ne aliena transcribere videar sola ipsius allegatione contentus, lectorem ad illum remitto. Et similiter an dolosus administrator, qui rationes non reddit, vel dolosè, & intricatè ita vt veritas dilucidè apparere non valeat, possit pro eruenda ab eius ore veritate torqueri, vide eundem Escobar in dicto tractatu qui integrum titulum 20. composuit.

Tandem, vt finem huic capiti imponamus, te animaduertendum censui, quòd tanquam bonus, iustus, ac rectus visitator, animaduertas, &
195 semper æquissimè præoculis habeas, quod materia ista rationum reddendarum tota ex bono, & æquo pendet semota omni fraude, omnique dolo prorsus excluso, nec non, & cum bona fide, & maxima æquitate est tractanda: ideoque Iudices, qui in similibus causis rationum iudicare tenentur, non difficiles, aut morosos in reuidendis, & repetendis semel, & pluries cōputis rationum si oportuerit, se reddere debent, neque etiam acerbos exactores se præbere, sed cum nimia humanitate, & benignitate segerere, ex tex. in l. Si bene collocatæ ff. de Vsur. ibi, *Prospicere Reipublicæ securitati debet præses prouinciæ dūmodo non acerbum se exactorem, nec cōtumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum: nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam ambitiosam multum interest.* Summopere etiam curare debent, quod dolus administratoris, in principio administrationis in medio, & in fine, & sic omni tempore, & omni casu, ac omni ex parte coarceatur, & purgetur, sicuti ita scriptum relinquerunt Ias. in consil. 219. num. 1. & 2. vol. 2. Baeça de decimat. cap. 2. num. 185. plura alia congerit Castell. in tract. de ratione reddenda 4. par. per tot. qui alios refert.

DE

CAPVT XXIII.

DE DEPVTATIS ET COMPVTORVM AVDITORIBVS, IPSORVMQVE ASSESSORIBUS, fisci Aduocato, ac alijs Officialibus suis,

SVMMARIVM.

1 MAgistratis Deputatorum in Cathalonia magnæ amplitudinis est, & qua de causa fuit institutus & num. 5.

2 Generale Cathaloniæ plures sustinet expensas, & sumptus in defensione Principatus ratione bellorum.

3 Rex, & omnes tenentur in Cathalonia soluere vectigalia impositiones, & gabellas generalitati, quia ex lege, & pactotutius curiæ, ipse Rex ad prædicta se astringit.

4 Deputati circa ex actionem vectigaliorum, & iurium bullarum, & contra illarum fraudatores amplissimam, & priuatiuam habent iurisdictionem, etiam quo ad dominum Regem & ipsius Regis ministros cuiuscunque præheminentiæ, & dignitatis fuerint.

5 Deputati Cathaloniæ tenentur defendere vsaticos Barcinonæ, constitutiones Cathaloniæ; & iura patriæ, nec non, & priuilegia generalia, & communia omnibus tribus stamentis Principatus concessa, & quibus remedijs circa prædicta vti valeant.

6 Deputati circa legum obseruationem æquiparatur Nomophilarijs Athenensium, qui in publicis consilijs candidis fasceijs coronati assidebant, vt prohiberent ne quid contra receptas leges decerneretur.

7 Deputati in omnibus negocijs Regni sunt legitimi contradictores.

8 Deputati alienigenæ in Cathalonia esse non possunt, nisi fuerint prælati de brachio Ecclesiastico.

9 Laudatur don Ludouicus Lena Episcopus Dertusen. qui licet ortus esset, in Regno Castellæ ratione tamen Episcopalis dignitatis manus Deputati Ecclesiastici in hac patria obtinuit.

10 Referuntur & laudatur Deputati, & illorum Assessores, & fisci Aduocatus, qui hoc anno 1624: defer-

de seruūt huic Principatui. Quiq. & illorum successores obnoxij vtiq. sunt censurae visitationis.

11 Deputati vbi negligentes fuerint circa defensionem constitutionum, ex tali negligentia syndicari possunt, & quando dicerentur de ipsorum negligentia constare, numer. 12.

13 Deputati negligentes in defendendo constitutiones, disponētes, ne alienigenae obtineant dignitates, & beneficia Ecclesiastica in Cathaloniae Principatu incurrunt, in paenam priuationis salarij vnius tertiae, & inhabilitatis suorum officiorum, & pro his in visita visitari, & syndicari possunt.

14 Deputati non possunt esse conductores, nec partem habere in gabellis, & bullis generalitatis Cathaloniae, & ipsas gabellas seu vectigalia in publica subhastatione arrendare tenentur.

15 Deputati soliciti esse debent, vt Officiales pecuniarij exbursent, & soluant generalitati pecunias ex bullis, & vectigalibus per eos exactas, & receptas, & vbi retardauerint illos ab officio suspendere tenentur.

16 Deputati non debēt suspendere executiones, quae fiunt contra conductores iurium bullarum & vectigalium generalitatis, nec graciam facere de pecunijs in fraudem reperiis.

17 Deputatis prohibitum est, per se aut per interpositam personam, mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictae generalitatis.

18 Deputati non possunt nouos Officiales creare, nec creatis salarium crescere, nec augere, nec aliquem extra ciuitatem Barcinonae mittere, nisi quod sit officialis generalitatis.

19 Deputati tenentur in eorum officijs residentiam facere, & qualiter, & sub qua forma possunt recedere, & se absentare.

20 Deputati pro inscelationibus officiorū nō possunt recipere pecunias, nec alias res sub paena perpetuae inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli.

21 Deputati non possunt admittere renuntiationes officiorum ex officialibus, pecuniarijs, qui debitores fuerint generalitati: nisi prius integre soluerint.

22 Auditores cōputorum generalitatis Cathaloniae personaliter tenentur examinare computa generalitatis & vbi in expertes fuerint suis proprijs expensis aliam personam subrogare, & constituere debent.

23 Auditores computorum memoriale debitorum Deputatis praesentare tenentur, & ad omnia alia quae deputati obnoxij sunt, pariter ipsi obligati existunt.

24 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorum, tenentur bene, & fideliter consulere Deputatis in omnibus

negotijs, & causis beneficium generalitatis concernentibus,

25 Assessores, & fisci Aduocatus Deputatorũ residentiam facere tenẽtur in ciuitate, villa, aut loco vbi dicti Deputati illam fecerint, & absque illorum licentia non possunt recedere, nec se absentare, nec salarium ex commissionibus causarũ ipsis factis recipere, vt n. 26.

27 Assessores & fisci Aduocatus Deputatorum non possunt ratione laborum ordinariorum, extraordinariorum remunerationem aliquam ab ipsis Deputatis consequi, nec habere.

28 Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenẽtur iurare in introitu suorum officiorum, quod fideliter & bene exercebunt eorum officia, & secretum custodient & quod pro officio consequendo, & habendo nihil dederunt.

29 Officialis generalitatis Cathaloniæ tenentur denuntiare, & reuelare Deputatis omnes fraudes, quæ ad ipsorum notitiam peruenerint.

30 Officialibus generalitatis Cathaloniæ prohibitum est, sub pœna priuationis officij recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorum officia concernentibus.

31 Officiales generalitatis non possunt habere interesse, nec partem in arrendamentis lezdarum de mediona, nec libros generalitatis arrendatoribus communicare sub pœnâ priuationis officij.

32 Officiales generalitatis fideiussores Deputatorum & Auditores computorum in introitu suorum officiorum esse non possunt.

33 Officiales generalitatis non possunt esse cõductores, iurium bullarum & vectigalium illius, nec interesse, nec partem in illis habere sub pœna priuationis officij.

34 Officiales generalitatis tenentur obseruare contenta in capitulis 13. & 22. curiarum anni 1599. loquentibus de subrogatione officialium durante impedimento, seu infirmitate.

35 Scriba maior generalitatis Deputationis obnoxius est obseruare capitula, quæ referuntur, & alia quã plurima quæ longum, ac superfluum videretur omnia transcribere ideo remissiue vide.

36 Deputati tam generales, quam locales cæterique alij officiales generalitatis Cathaloniæ tenentur obseruare capitula curiarum deque illorum violatione, & contrafactione in visita syndicari, & visitari possunt.

37 Perceptores publici nõ possunt compellere vniuersitates, nec illarum singulares, ad electam pecuniam soluendam. Sed teneutur recipere omnem speciem pecuniæ curremis.

38 Exactores publici publica pecunia vtentes tenentur ad restitutionem totius lucri etiam in foro conscientiæ vt num. 39.

40 Fisco, & Reipublicæ expedit, con-

venire

uenire ante omnia principalem debitorem, quia ex hoc facilius inueniuntur fideiussores.

41 Fides nulla est adhibenda schedulis priuatis arrendatorum, vel ipsorum libris, quando ex ipsis tantum volunt facere debitores aliquos ipsorum arrendatorum, vel participes in eis, maximè si in magnam fortunam deuenerunt.

41 Deputati Cathaloniæ sicut fiscus agere possunt, actione directa contra participantes, sicut contra proprium arrendatorem.

1

Magistratus deputatorum generalis Cathalonię in hoc Principatu magnæ amplitudinis est: institutus siquidem fuit, nō solum ad defendendas Ecclesias, & bona Ecclesiarum, & Clericorum: sed ad defendendam etiam totam Rempublicam Christianam Cathalanorum ab in fidelibus, & praua, Sarracenorum societate qui tempore illius, erectionis erant in dicto Principatu, & insulis, qui quotidie inuadebant, & & occupabaant castra villas, & loca, ac personas ecclesiarum, & ecclesiasticorum, & alias, provt sic legitur apud Fracischum Sollona in stylo capibreuiandi in cap. de forma amortizationis per laicum facta laico, de te laica num. 2. fol. mihi 780. & per Mier. par. 2. cap. 6. col. 7. nu m. 6. fol. mihi 62. vbi inquid quod generale
2 Cathaloniæ introductū fuit pro defensione dicti Principatus, & quia in
3 guerris plures sustinet expensas ideo illi tam Rex quam fiscus, & omnes alij tenentur soluere vectigalia Impositiones, & gabellas, quia ex lege & pacto totius curiæ generalis, ipsi Reges ad prædicta expresse se astrinxerunt vt legitur etiam apud eūdem Mier. dict. par. 2. cap. 28. num. 21. fol. mihi 48. Et propterea circa exactionem vectigalium gabellarum & bullatum totius Principatus & Comitatum Rossillionis, & Ceritaniæ, & contra illarum fraudatores habent Deputati amplissimam potestatem, & jurisdictionnem taliter, quod dominus Rex nec sui Regij Officiales cuiuscunque preheminentię, & dignitatis sint non valent, nec possunt in prædictis vllo modo se intromittere iux. consl. 3. Regis Ferdi. 2. incip. Los tres stamentz sub titul. de Offici de Diputats y Ohidors pagin. 134. Cura igitur principalis istius Magistratus
5 seu dominorum deputatorum, est defendere vfaticos Barcinone constitutiones, capitula curiarum, & alia iura patriæ: nec non & priuilegia generalia, & communia omnibus tribus stamentis dicti Principatus cōcessa pro quorum, & quarum defentione ac obseruantia est eis licitum, & permissum solicite intendere, instare, & se opponere cum supplicationibus, requisitionibus potestationibus appellationibus & alijs iuris remedijs contra omnes, & quoscunque Iudices, & Officiales Regios & alios dictas constitutiones, & alia iura patriæ violantes, provt latius habetur in constit. 8. Reginæ Mariæ incip. Lo fruyt de las leys sub tit. de Obleruar constitution. pag. 46. & ibi, Mier. par. 2. cap. 29. coll. 10. fol. mihi 45. vbi in fin. subdit, quod pro obseruantia dictarum constitutionum, poterunt ipsi Deputati
4

tati vbi viderint non posse obtinere iustitiam per viam oppressionis, recurrere ad forum Ecclesiæ ad effectũ vt compellantur officiales ad obseruantiam iuramenti, quod præstiterũt de seruando iura patriæ, ac etiam expendere de bonis, & pecuniis generalitatis coram Papa vsque ad debitam conclusionem taliter, quod cum effectu constitutiones, & iura huius patriæ
6 obseruentur, & sic apparet, quod isti Deputati in hac patria obtinet illud munus quod antiquitus Athenis Nomophylaces exercebant qui apud præfectos, in omnibus publicis consiliis, coronati assidebant, vt prohiberent nequid contra receptas leges decerneretur, vt refert Simon de republica lib. 4. cap. 18. in fi. Guer. Pilon in tract. de magistrat. num. 60. Mastril. in simil tract. lib. 5. cap. 15. n.
7 71. & in decis. 164. num. 18. par. 2. vbi inquit quod in omnibus negotijs ad regnum pertinentibus sunt legitimi
8 contradictores, ij siquidem Regnicoli esse debent, & vti tales non nisi originarios creari permissum est: nisi eligerentur prælati de brachio Ecclesiastico, qui ratione Ecclesiæ, quam regunt, & dignitatis, quam in principatu habent dicuntur ciues, & originarij ipsius prouinciæ licet alienigenæ sint. iux. tex. in cap. nullus de tempor. ordi. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. Ad municip. Angel. in consil. 23. numer. 2. Loffred. consil. 4. nu. 8. & ea de causa videmus
9 in hac ciuitate anno 1619. fuisse in sortem extractum in Deputatum Ecclesiasticum don Ludouicum Tena Episcopum ciuitatis Dertuæ virum equidem in sacra pagina Doctissimũ orjundum ex Regno Castellæ, qui aliter nisi ratione suæ Prælatiæ Episcopalis & dignitatis dicti munus De-
10 putati obtinere nõ posset. Hodie vero sunt Deputati huius Principatus pro Brachio Ecclesiastico admodum Illustris, & Reuerendissimus dominus don Petrus à Magarola Decretorum Doctor Regius consiliarius, pro Brachio militari Franciscus Pla, & de Cadell domicellus, & pro Brachio regali Petrus Fuster ciuis, ciuitatis Dertuæ similiterque tunc Auditores computorum dictæ generalitatis Cathaloniæ pro Brachio Ecclesiastico T. Compter Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ciuitatis Elnæ, pro Brachio militari T. Coll Ferrer domicellus villæ Oloti, & pro Brachio reali Bernardus Sala egregius Doctor iurisperitus, omnes siquidẽ viri singulari sapientia præditi omniumque virtutũ genere ornatissimi domini mei admodum colẽdi, qui vna cum duobus Assessoribus, & vno Aduocato fiscali quorum nomina sunt Petrus Pla Canonicus sacristæ maior Ecclesiæ Cathedralis præsentis ciuitatis Barcinonæ, Petrus Ioannes Fontanella, & Iacobus Marti fisci Aduocatus I. V. Doctores viri equidem integerrimi, præclaraq; eruditione atque doctrina ornati constituunt vnum tribunal grauissimæ auctoritatis, & munificentię inquovnicuiq; summa cum laude & æquabilitate tribuitur, & ordinatur iustitia, quod etsi hoc verum sit, provt omnibus apertissimum & compertũ est, nihilominus isti grauissimi viri, & reliqui omnes in hoc munere successores vtique obnoxij sunt censuræ visitationis iux cap. 1. curiæ 1559. nouæ reformationis generalitatis Cathaloniæ in qua inter alia de infrascriptis visitari poterunt.

11 Et primò, cum vt dictum est, principale munus Deputatorum sic defendere constitutiones generales Cathaloniæ capitula curiatũ priuilegia libertates immunitates, cõsuetudines, vsus mores, & obseruantias earũdem iux. const. 8. & 9. tit. de obseruan. const. pag. 46. 47. & 48. pro quibus obseruandis & defendendis præstant iuramentum & sententiam excomunica-

tionis

tionis audiunt iuxta capitulum contentum in libro vulgo dictũ dels quatre senyals sub tit. de iurament, è sententia de ver. quatum omnium constitutionũ obseruantiam similiter iurat dominus Rex in ingressu sui regiminis & omnes sui Regij Consiliarij ac officiales, vt habetur in dicta constitutione 9. Ideo dicti Deputati ratione muneris sibi iniuncti tenentur se opponere, & solicite instare, summa cum diligentia obseruantiam dictarũ constitutionu, provt sic in dictis constitutionibus 8. 9. eis præcipitur, & ordinatur aliter autem parũ prodesset condere, leges, & cõstitutiones, nisi cum omni effectu per Regem, & eius officiales obseruarentur, sic legitur in const. 11. incip. poch valdria ser lleys, eod. tit. pag. 49. & in const. 5. in prin. tit. que los estrangers no pugan obtenir beneficis pag. 22. qua de causa vbi in prædictis negligentes fuerint vtiq; in visita pro tali negligẽtia syndica-
12 ri possent, & de ipsorum negligentia diceretur constare quoties constiterit contrafactionem dictarum constitutionem eisdem denuntiatam fuisse & post talem denũciationem, renuerint vel desierint se opponere ad illarum obseruantiam provt colligitur ex dicta const. 9. in vers. ibi. *E los Diputats quant primer denunciat los fera en virtut de la obligatio per ells en lo introbit de llur offici prestada, com ja per constitutions sien tinguts opposarse a la observança de aquellas, hajan a instar, e proseguir, e ô fer proseguir, e instar tals contrafahents ab remeys de justitia* pag. 48. col. 2. in fin.

13 Secundò cum Cathalani non admittantur in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, Castellæ, & aliis Regnis ad dignitates, nec ad beneficia Ecclesiastica simplicia, vel curata, vt sic legitur in const. 9. seu capitulũ curiæ 24. Regis Philipi cur. anni 1547. incip. per quant en Arago tit. q̃ los estrangers no pugan obtenir beneficis pag. 25. idcirco, vt æqualitas seruetur statutũ est in præsenti Principatu, quod similiter alienigenæ, forenses, & extraneæ nationis non valeant nec possint obtinere in illo dignitates beneficia, nec officia, aut administrationes Ecclesiasticas iux. const. 1. Regis Alfonsi & alias sub dicto tit. que los estrang. pag. 18. & proinde præcipitur & ordinatur in dict. const. 9 seu capitulo curię, quod nullus notarius cuiuscunque auctoritatis, & exẽptionis existat possit præsentare, nec conficere instrumenta de prouisionibus, aut literis apostolicis factis extra regnum de possessionibus dignitatum aut beneficiorum in dicto Principatu institutorum in fauorem cuiusuis personæ extraneæ, quæ verè, & absque aliqua dispensatione nõ fuerit in eo natæ sub pœna centum librarum & inhabilitationis officiorum, & beneficiorũ & perpetui exilij omni remissione remota, & vbi per eos incontrarium factum fuerit in eodem capitulo curiæ iniungitur dictis Deputatis generalitatis Cathalonię, quod quotiescunque fuerint requisiti per aliquem originarium Cathalanum expensis dicti generalis teneantur exequi dictam capitulum curiæ sub pœna priuationis salarij vnius tertiæ & inhabilitationis officiorũ, de qua pœna inhabilitationis apparet cũ const. 10. incip. cosa justa es eod. tit. pag. 27. col. 2. post med. & propterea vbi dicti deputati in obseruatione dicti capituli curiæ 24. negligentes fuerint pariter pro dicta negligẽtia & in obseruẽtia visitari atque syndicari possent.

14 Tertiò, quia isti Deputati intendunt super magna gabellarũ exactione

ne totius Principatus, & Committatum Rossillonis, & Ceritaniæ ideo tenentur dictus gabellas bullas, & alia emolumẽta Generalitatis Cathalonię in publica subhastatione, & plus dãti, & offerenti, arrendare, & liberare, iux. ti. curiæ 15. cur. anni 1599. nouæ reformationis verum non possunt ipsi dictas bullas, seu gabellas, nec alia iuxta dictæ generalitatis arrẽdare, nec in dictis arrendamẽtis partẽ aliquam habere, vt in c. 4. dictarum cur. 1599.

15 Quartò tenentur etiam sollicite intendere, quod Officiales pecuniarij dictæ Generalitatis soluant dictæ generalitatis pecunias ex dictis gabellis bullis, & aliis emolumentis per eos percoptas, & vbi in prædictis dicti Officiales pecuniarij retardauerint, debent illos ab officijs suspendere, & casu quo infra duas menses post suspentionem non soluerint, nec exhuc soluerint pecunias receptas eorum officia prouidere tenentur, ac si per mortem vacarent, vt probatur in cap. 7. cur. 1533. & cap. 3. & 4. cur. 1542. reformationis dictæ Generalitatis.

16 Quintò prohibitum est eis suspendere, & supercedere exequtiones, quæ fiunt contra conductores dictarum gabellarum iux. cap. 41. dictarum curiarum 1599. ac etiam remittere, & gratiam facere de pecunijs repertis in fraudem, vt in c. 40. dictarum cur.

17 Sexto pariter est eis prohibitum per se, nec per interpositam personã mutuo accipere pecunias ex Officialibus pecuniarijs dictæ generalitatis, vt in c. 3. cur. 1533. dict. reformationis.

18 Octauò non possant creare nouos Officiales, nec creatis, salaria crescere nec augere: vt in cap. 97. dictarum curiarum 1599. nec etiam possunt aliquę extra ciuitatem Barcinonę mittere, nisi, quod sit Officialis dicti generalis iux. c. 84. dictarum curiarum.

19 Nonò iuxta capitulum contentũ in dict. lib. dicto (dels quatre cenyals) sub tit. de additio de salari tenentur Residentiam continuam facere in ciuitate, villa, aut oppido vbi Excellentissimus Prorex, aut Regium consilij resideret, vel inde circa, & nõ possunt se absentare a suo consistorio: nisi cũ licentia aliorum Deputatorum, aut maiori parte illorum, & tali casu non possunt duo eiusdem stamenti codẽ tempore simul recedere, & quando recederẽ ipsorum absentia non poterit excedere quolibet annouitra quatuor menses. Et similiter ex vsu consuetudine, & stylo domus Deputationis tenentur qualiber die non feriata, residentiam facere in ea, scilicet demane per tempus duarũ horarũ, & post prãdium aliarũ duarum horarum exceptõ tempore discurrendo a die S. Georgij vsq. ad die S. Michaelis mẽsis Septembr. in quo post prãdiũ nõ sunt obnoxi ad dicta residẽtia, nec in vigilijs festiuitatũ, & Sabbatorũ totius anni.

20 Decimo nõ possunt directè vel indirectè per se, nec per interpositã personã recipere pecunias, nec alias res pro inseculationib⁹ officiorũ in domo Deputationis faciẽdis sub pœna perpetuæ inhabilitationis, & priuationis salarij, & restitutionis dupli, de omni eo, q̃ ex causa prædictarũ inseculatio num indebite receperint iux. cap. 1. & 2. curia. ann. 1533. reformationis dictæ generalitatis.

21 Vndecimo nõ possunt admittere renuntiationes officiorũ ex officialibus pecuniarijs qui debitores sint dictæ generalitatis: nisi prius integre soluerint quod illi deberent iuxt. c. 9. cur. 1542. dictæ reformationis.

22 Duodecimo Auditores computorũ personaliter tenentur examinare cõpota dictæ generalitatis, & vbi ad prædicta in experti fuerint, suis expensis, & non generalitatis aliam personam circa prædicta constituere, & subrogare debent, vt in cap. 23. curiæ anni 1533. & memoriale debitorum dictis

Deputatis præsentare tenentur, iux. c.5.cur.anni 1542.aliaq. contenta, & expressa in cap.7.8.9.cur.anni 1520. & cap.12.cur.1542.& cap.47. curiæ, 1559. adimplere tenentur sub pœnis in dictis capitulis expressis, & ad omnia quæ deputati obnoxij sunt pariter ipsi obligati existunt.

24 Decimò tertio Assessores,& Aduocatus fiscalis dominorum,& Deputatorũ tenentur consulere bene,& fideliter dicti Deputatis in omnibus negotijs,& causis concernentibus bene-
25 ficium generalitatis, & residentiã facere in ciuitate villa, aut loco vbi dicti Deputati illam fecerint,adeo quod absq.licentia illorum non possunt recedere, nec se absentare nisi per duos menses in quolibet anno, vt habetur in c.9.cur.anni 1413.& quælibet hebdomada,scilicet die martis,& veneris mane,& post prandium tenentur accedere,ad consistorium dictorum Deputatorum, pro negotijs, & causis di-
26 ctæ generalitatis prohibitumq.est eis recipere salarium ex commissionib⁹ ipsis factis per dictos Deputatos, vt hæc omnia probantur in ordinatione 4.facta per electos contenta in di-
27 cto libro dels quatre senyals similiterq. non possunt ratione laborũ ordinariorum,& extraordinariorũ recipere remunerationẽ aliquam à dicti Deputatis iux.cap.2.cur.anni.1452.contentum in eodem libro dels quatre senyals.

28 Decimò quarto omnes Officiales Generalitatis Cathaloniæ tenentur in introitu suorum officiorum iurare in posse Deputatorum de bene fideliter, & legaliter se habere in exercitio, regimine,& administratione dictorum officiorum,& quod præcipuè obseruabunt secretum de omnibus illis rebus quæ Generalitati Cathaloniæ nocere & damnum illi obuenire potuerit, & quod pro officio habendo, & consequendo nihil dederunt dictis Deputatis,& auditoribus computorũ nec alteri eorũ nomine: vt hæc omnia probatur in c.9.cur.1413.& cap.4.anni. 1533.& in ordinationib⁹ cur. Dertusæ anni.1420.

29 Decimò quinto tenentur dicti Officiales denuntiare, & reuelare dictis Deputatis omnes fraudes,quæ ad ipsorũ notitiã peruenerint iux.c.31.cur.
30 1520.prohibitum q.est ipsis recipere pecunias, & munera pro rebus ad eorũ officiũ concernẽtibus sub pœna priua-
31 tionis suorũ officiorũ, vt in c. 28. cur. 1433. Non possunt habere interesse, nec partem in arrendamentis lezdarum de mediona, nec communicare libros generalitatis arrendatoribus il-
32 larum sub pœna priuationis officij vt in ca.27.cur. 1520. nec etiam possunt esse fideiussores Deputatorũ,& Audi-
33 torum computorum in introitu suorum officiorum iux.c.12.cur.1533. nec esse arrendatores seu cõductores bullarum,& iuriũ generalitatis, nec partem, nec interesse in illis habere sub pœna priuationis officij iux.c.4. cur.
34 1599. Demum tenetur adimplere, & obseruare contẽta in cap.13.cur.& 22. cur.1599. loquentibus de subrogatione officialium durante impedimẽto, seu infirmitate.

35 Tandem scriba maior dictæ generalitatis obseruare debet omnia, quæ cõtinẽtur in c.8.9.22.cur.1431.& c.1. 22.23.cur.1510.et 22.cur.520.et c.4.11. & 24.cur. 1533. & alia quam plurima capitula,quę longum ac quodammodo super fluum videretur, omnia hic transcribere cum facile dicta capitula tam respectu dictæ scribæ maioris quam aliorum Officialium dictæ generalitatis facile quispiam inueniri
36 poterit in libris capitulorum curiæ reformationis, Generalis Cathaloniæ. Ad quorum omnium capitulorum obseruantiam tam ipsi Deputati Auditores computorum, & reliqui Officiales, nec non & Deputati

Deputati locales dictę generalitatis, & tabularij illius obnoxij sunt obseruare, & de illorum violatione, & cõtrafactione in visita, visitati, & syndicari poterunt, & condemnari, & multari in pęnis in dictis capitulis contentis, & expressis.

37 Quia in hac amplissima domo Deputationis Cathaloniæ reperiuntur exactores, & pecuniarũ ministri ideo de illis aliqua breui manu pertractare decreui, ipsis ideo notũ esse debet, quod cum Populi diuites, & pauperes ad solutionem iurium bullarũ, & collectarũ compelluntur, ne Prouinciales fatigent, ad electam pecuniam ex soluendam: sed omne genus pecuniæ recipiãt, pro vt recipere tenentur, iuxta determinationẽ tex. in l. 1. vbi And. de Barul. C. de vect. num. mat. pot. lib. 10. aliter autẽ ex hac molestia tanquã contra ius facta visitari, & syndicari poterunt.

38 Similiter istis, & omnibus aliis pecuniarijs ministris notum esse debet, quod pecuniam publicam exigentes si de illa in quemlibet vsum disponũt mutuando, vel fœnerãdo, graues sunt impositæ pœnæ, & capitales vltra qua duplum, & pariter ei qui sciens accepit iuxta dispositionem tex. in l. 1. & 2. C. de his qui ex pub. rat. mut. pecu. accep. Hinc Bart. in l. 1. C. de aur. pub. perseque. lib. 10. notauit per illũ tex. quod exactores publici, qui pecuniam exigunt non possunt eam rediger in florenos, vel florenos in pecuniam sine Principis licentia, & propterea tenentur, ad restitutionem totius lucri, & in l. 2. C. de his qui ex public. coll. prohibetur, quis ex illatis in area publica aliquid quomodolibet accipere absque Principis licentia, vel quomodolibet disponere, & sic pariter in alium vsum conuertere alias grauissimis pœnis subiacebit in l. eod. ti. vbi glos. dixit esse pœnam capitis allegat. tex. in l. 2. & in fi. de his, qui ex publ. rat. cum aliis concordant.

39 Debent enim isti perceptores, aut alij ministri pecuniarij, qui onus habent exactionis pecuniæ publicæ, eã seruare, & promptã tenere ad publicum vsum, nec in mercimonias conuertere iux. tex. in l. in medium, & ibi Plat. C. de suscep. lib. 10. Et si facto cõuertit, & lucrum percepit, tenetur in foro conscientiæ restituere, vt not. idẽ Plat. C. de aur. publ. perseq. lib. 10. & ob id in l. diu de suscep. & arcar. mandatur per susceptores statim exactam pecuniam in Regiam Thesaurariam transmitti. Quem tex. dicit Bar. facere contra eos, qui tenent pecuniam communis, & cum ea faciunt mercaturas, & allegat tex. in d. l. 1. & 2. C. de his, qui ex public. rata. vide super his Fran. de Ponte decis. 10. per tot.

40 Illud etiam animaduertere debent Deputati illorumq. exactores, & fiscales quoq. ne statim contra fideiussores arrendatorum iurium bullarum, & aliorũ vectigalium generalitatis procedant (licet possint) donec superst approbata spes satisfactionis, à propriis debitoribus principalibus pro quo videantur iura notabilia ad propositum in l. ordine §. in cum in l. Imperatores ff. ad municipal. in l. 3. C. quo quisq. ordo cõue. lib. 11. in l. prior ff. de administ. rerum ad ciuitat. pertinen. l. 1. C. de decurio lib. 10. vbi glo. & scribent expedit enim Reipublicæ inuenire soluendum primum conueniendum, quia ex hoc facilius inueniuntur fideiussores, vt in dictis iuribus notatur.

41 Sed cum his arrẽdatoribus, & similibus maxime erit aduertendum nam dum in malam deueniunt fortunam, adnotant multa in eorũ libris, & scedulis in quibus, vel faciunt multos sui debitores, vel particepes in ipsorũ arrendamentis, seu negotiationibus, &

42 quandoq. tali annotatione vidi ali quos cõuenire vti tales, qui bene possunt quando vere sunt participes, & contra eos agere directa actione, sicut

contra principalem arrendatorē iuxta doctrinam Angeli in l.1. ff. de loc. public. fru. sed quando non apparet aliud, nisi nota priuata eiusdem arrēdatoris, tunc aduersus eos procedere nō debēt Deputati, nec fiscales exactores etenim grauarēt vtiq. ex eo partē, & in syndicatu visitari possent siquidem tunc lex iure resistit, cum nō sit modo aliquo credendū ad sui proprium beneficium maxime in necessitate, & egestate forsan constituto, ꝙ valde eleganter dispositum est in l. fi. C. de conueniend. fisci debitor. lib. 10. & in l. exemplo. C. de proba. vbi dicit perniciosum esse, vt credatur scripturæ priuatæ, in qua quis asserat aliquē suum esse debitorem, vel participē in arrendamēto, vt ipse minus perdat, & in tātum hoc reputatur iniquū, quod non solū ponit casum in priuato: sed etiā si adnotationē fecerit fiscus vt ibi vnde neq. fiscū, neq. alium quēlibet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere, oportet, & ibi Bald. & Salicet. summant.

CAPVT. XXV.

DE DEFENTIONIBVS, ET EXCVSATIONIBVS MAGISTRATVVM, IVDICVM, ET ALIORVM OFFICIALIVM CORAM VISITATORIBVS PROPONENDIS.

SVMMARIVM.

1 *HONOR, dignitas, & fama Magistratum, Iudicum, & aliorum Officialium ex informationibus querelantium quādoq. obūbratur, læditur, atq. offenditur.*

2 *Leges diuinæ, & humanæ clamant homines in odore bonæ famæ viuere debere.*

3 *Laudandus est, qui suo honori consulit.*

4 *Defendere honorem, & vitā æquiparatur.*

5 *Boni ex diuina dispensatione quandoq. incurrunt infamiam, vt probentur, vel purgentur.*

6 *Instantia ad syndicandum perempta ob lapsum temporis operatur, vt Officialis amplius syndicari, nec conueniri etiam possit coram suo ordinario in propria patria.*

7 *Reus non debet pro eadem causa, apud diuersos iudices molestari.*

8 *De exceptionibus, quæ contra testes proponuntur, & etiam contra processum ipsarum attestationum, & dicta ipsorum.*

9 *Reus vbi aliàs de eodem crimine absolutus fuerit, aut condemnatus*

non

non potest contra eum amplius procedi.

10 *Captura licet sine iudicis mandato fieri non possit, tamen hæc regula limitatur.*

11 *In crimine flagranti, vbi etiam clericus capi potest dummodo ad suum iudicem dicatur.*

12 *Item quando non habetur copia iustitiæ.*

13 *In falsarijs monetarum.*

14 *Et denique sine iudicis licentia capi possunt desertores militiæ, publici latrones, sacrilegi, & de populatores agrorum, virginum raptores, ac tandem omnes homines facinorosi, scelerati, & banniti.*

15 *Officiales excusatur, etsi percusserint, vel vulnerauerint delinquẽtes capiendos si illi tempore capturæ eisdem resistant.*

16 *Officialis si reum fugientem, quem aliter capere non poterat vulnerauerit, excusatur.*

17 *Officialis habens mandatum speciale à Iudice capiendi delinquentem, vt dici solet, viuũ, aut mortuum, si illum sibi resistentem vulnerauerit, aut occiderit, excusatur.*

18 *Iudex, qui reum in carceribus detinuit, vt soscios, & mandatores manifestaret excusatur.*

19 *Iudex, vel Officialis, qui carceratũ relaxari iussit, quem in carcere inuenit, nesciens ex qua causa ibi detinebatur, excusatur.*

20 *Iudex, vel Officialis qui carceratũ de graui crimine conuictum in carceribus detinuit in compedibus, cippis, & cathenis, excusatur.*

21 *Qualitas custodiæ est in arbitrio Iudicis constituta.*

22 *Officialis carcerans aliquem pro modica coertione excusatur, & traditur decisio Regiæ Sententiæ.*

23 *Custodes carcerum non tenentur, & excusatur de fuga carceratorum, quando in illorum custodia adhibuerunt solitam diligentiam retinendo eos in loco solito, & assuetuo, & faciendo illud, quod per alios solitum erat fieri.*

24 *In culpa non est, qui facit, quod communiter consuetum est fieri.*

25 *Custos carceris de fuga carcerati excusatur, quando verisimiliter suspicari non poterit, quod carceratus aufugere potuisset, & referũtur ibi exempla, & Senatur Burdeg. decisio.*

26 *Credulitas iusta excusat custodes carcerum, & si carceratus à carceribus fugit.*

27 *Custos ex fuga carcerati nobilis, & optimæ opinionis, quem in latioribus carceribus retinebat, si ab illis aufugit excusatur.*

28 *Limita, vt non procedat, quando nobilis esset detentus pro magno debito, vel delicto graui.*

29 *Custodes carcerum excusantur de fuga carceratorum sequta propter incendium vel ruinam, & assignatur ratio num. 30.*

31 Fuga carceratorum facta prodictorie & per insidias custodes carcerum excusat.

32 Officialis vbi dubium est, an aliquid calore, & auctoritate officij præsumendum est non deliquisse prætextu officij, vt excusetur.

33 Iudex officialis, qui legitimis præcedentibus indicijs reum torsit, excusatur, etiam si reus tortus in tormentis obierit: quia de illius morte non tenetur, & assignatur ratio num. 34.

35 Iudex, & officialis de leui negligentia, & parui momenti, non tenetur, & assignatur ratio num. 36.

37 Negligentia, quæ prouenit à mala sanitate, vel à naturali tarditate, non affectata, non supina, nec dolosa omnino excusat officialem.

38 Iudex non dicitur negligens, quando dat responsum, & se ob moram excusat, nec etiam quando est dubius propter perplexitatem opinionum, vel subtilitatem iuris, vel impeditus fuerit ob multitudinem causarum, & multo minus si pars non petijt.

39 Disposita per legem in fauorem alicuius nunquam habent locum nisi petantur, etiam si lex velit fieri ipso iure.

40 Magistratus officio, quod incumbit, tacitam in se habet conditionem si a parte petatur.

41 Iudex, & officialis non dicitur negligens, nec in mora, nisi precedente trina interpellatione facta cum importunitate, instanter, & instantissime, quæ opinio in Cathalonia recipitur, vt num. 42.

43 Iudex, qui non fuit interpellatus in expediendo processum, infra tempus statutum in syndicatu excusatur.

44 Iudex non tenetur causam expedire, nisi exhibito sibi processu, etiam quod statutum præfigat iudici terminum ad sententiandum.

45 Iudex excusatur si labatur instantia quando per eum non stetit, sed per partem, quæ fuit negligens.

46 Officialis seu Iudex excusatur si nõ inquirit nec punit delinquẽtes, quã do delictum non fuit notorium, nec sibi fuit denunciatum.

47 Ignorantia maleficij præsumitur in Iudice, nisi scientia probetur.

48 Iudex excusatur, si die feriata sententiam protulerit, si sit dies vltimus, quo eius iurisdictio expirare.

49 Iudex excusatur, si copiam allegationum iuris alteri parti dederit.

50 Iudex ex nouis allegationibus potest ostendere condemnatum ius non fouere: vt sic in syndicatu excusetur.

51 Iudex, qui per imperitiam male iudicauit in aliqua lege, vel materia difficili excusatur.

52 Ignorantia iuris dubij, & obscuri, æquiparatur ignorantiæ facti, & sic iudicem excusat.

53 *Iudex non tenetur actione iniuriarum etiam quod iniuſtè aliquem condemnet, quia non dicitur facere animo iniuriandi.*

54 *Officialis excuſatur ſi de commiſſis ſuæ conſcientiæ aliquid ſine dolo contra iuſtitiam per imperitiam faciat.*

55 *Magiſtratus, & Iudices hodie ex conſuetudine de imperitia non ſyndicantur, adeo quod de tali conſuetudine dubitari nequit, n. 56.*

57 *Magiſtratus, & Iudices ſuppremi de imperitia illo modo viſitari nequeunt remiſſiue.*

58 *Iudex contra communem iudicans excuſatur quando communis opinio manifeſta lege, vel ratione cõuincitur.*

59 *Iudex ſequendo vnam potius opinionem, quam aliam, vel alicuius approbatiſſimi Doctoris, vel ſui Magiſtri excuſatur in ſyndicatu.*

60 *Iudex excuſatur, quando in caſu dubio eligit, illam opinionem, quã ſecundum ſuam conſcientiam credit eſſe veram.*

61 *Iudex excuſatur in ſyndicatu ſi in dubio iudicat contra fiſcum.*

62 *Iudex iudicans contra fiſcum, quãius fouere non apparet laudandus eſt.*

63 *Iudex, ſeu Officialis in arbitrariis excuſatur, adeo quod in viſita non tenetur de his reddere rationem, nec poteſt redargui.*

64 *Iudex habens liberum arbitrium excuſatur, etſi illud alicui denegauerit, quia non dicitur grauare partem arbitrium denegando.*

65 *Iudex de præſumpta, & occulta iniuſtitia excuſatur in ſyndicatu cum ſolum teneatur de cuidenti, & manifeſta.*

66 *Iudex qui dubia excitauit, eximitur à dolo, & culpa cum tunc nõ præſumatur ex abrupto, vel per ſordes iudicaſſe, & ſic excuſatur in ſyndicatu.*

67 *Officialis excuſatur ſi accelerat executionem dilatione pendente propter tumultum ſedandũ, dum modo iuſtè exequatur.*

68 *Officialis qui dimiſerit Cardinali condemnatum ad mortẽ ſtãte priuilegio excuſatur in ſyndicatu.*

69 *Officialis excuſatur in ſyndicatu iniurians verbaliter ſuæ iuriſdictionis ſubiectos, inſolentes, & iuriſdictionem turbantes, aut irreuerenter, & importune procedentes, & aſſignatur ratio num. 70.*

71 *Iudex, qui verbum quãdoq; graue, & acerbum protulerit, non tenetur actione iniuriarum.*

72 *Iudex tenetur ſubditos iuſtitiam petentes, modeſtè, prudenter, quietè, & abſq. iniuria aliqua tractare, alias punitur.*

73 *Officialis inquiſitus de extorſione, ſi ante litem conteſtatam, vel ante te ſententiam non animo tamen cõfitẽdi, pecunias, aut res extortas depoſuerit excuſatur in ſyndicatu.*

Limita

74 *Limita in crimine baratariæ, & cæteris criminibus atrocioribus in quibus restitutio de male ablatis non liberat Officialem a pœna.*

75 *Officialis propter factũ prædecessoris excusatur in syndicatu.*

76 *Magistratus, & Officialis procedens in atrocissimis delictis contra iura, & statuta excusatur.*

77 *Intellige vt procedat in maioribus magistratibus.*

78 *Officialis transgrediens ex iusta causa pœnam statutariam eam augendo, vel minuendo excusatur in syndicatu.*

79 *Officialis non tenetur pro delicto suæ familiæ, quando delictum est extra officium, in quo familia deliquit.*

80 *Officialis excusatur in syndicatu de delictis commissis non prætextu officij, quia ad visitatores nõ pertinet de illis cognoscere.*

81 *Officialis non tenetur ex facto seu delicto sui substituti, quando ex necessitate eum substituit, & substitutus reputatus erat persona integra, & legalis.*

82 *Magistratus, qui tenetur pro suis officialibus, & ministris illos exhibendo excusatur.*

83 *Magistratus excusatur in syndicatu à exhibitione suorum officialium, & ministrorum, quando illi sunt mortui, aut banniti sine culpa, & dolo ipsius magistratus.*

84 *Magistratus in casibus in quibus pro suis ministris, & Officialibus tenetur, prius sunt ipsi Officiales, & ministri conueniendi antequã ipse Magistratus.*

85 *Magistratus non tenetur pro suis Officialibus, & familia, nisi ciuiliter tantum, licet se obligauerit ad soluendum omnem pœnã.*

86 *Iudex, seu Officialis vbi aliquid remunerationis gratia receperit, nõ tamen ex causa officij excusatur.*

87 *Iudex palam, & publicè aliquid recipiens non præsumitur recipere, pro venditione iustitiæ, sed pro alia causa, & assignatur ratio num. 88.*

89 *Iudex recipiens ea, quæ iudicibus dari solita sunt, excusatur, et traditur ratio num. 90.*

91 *Iudices non habentes salarium, vel saltim tenue an prohibeantur recipere munera à sponte dantibus.*

92 *Iudices munera recipientes ab amicis excusantur, quod declarat, vt num. 93. & 94.*

95 *Iudex, seu Officialis excusatur etsi ab amicis esculenta, & poculenta receperit, & assignatur ratio num. 96. & ampliatur vbi sunt moderata num. 97.*

98 *Quod super his in Cathalonia sit dispositum remissiue.*

99 *Iudex seu Officialis excusatur, licet seruiat per substitutum, quando ex consuetudine receptum est,*

quod

quod per ſubſtitutum ſeruire poſſit.

100 Ampliatur ſtante facto prædeceſſoris.

101 Officialis infirmus poteſt durante infirmitate per ſubſtitutum ſeruire.

102 Officialis poteſt per ſubſtitutum ſeruire, quando abeſt pro ſeruitio domini Regis.

103 Officialis, qui habet à Principe poteſtatem ſeruiendi per ſubſtitutum vel aliter licentiam habet à Prorege aliue ſuperiore excuſatur ſeruiendo officium per ſubſtitutum. num. 104.

105 Officialis qui Inigantem multauit, quando verbalem iniuriam, & intulerit excuſatur.

106 Iudex, peritus, & doctus ſi aduocatos reorum non audit excuſatur.

107 Iudex ex cauſa impune poteſt denegare audientiam.

108 Iudex, vt dolosus punitur, vbi ex obrupto procederet, & reorum de ſenſiones eſperneret.

109 Iudex qui aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit excuſatur.

110 Officialis excuſatur ſi per modicum tempus ſtante publica vtilitate priuaret dominum re ſua.

111 Officialis ſeu Iudex excuſatur, ſi ob breuem inſtantiam terminos cumulauerit.

112 Iudex errans ex cauſa rationabili excuſatur in ſyndicatu.

113 Officialis detinens concubinam in loco vbi adminiſtrat excuſatur in ſyndicatu, & aſſignatur ratio num 114.

115 Officialis à concubinatu ſe abſtinere debet, quia res mali exempli eſt.

116 Amor puellarum ſubuertit rectum iudicium.

117 Officialis non ſolum à pecunie lucro, ſed etiam a libidinoſo aſpectu coninens eſſe debet.

118 Iudex, qui ſuperiorum exempla ſequutus fuit, licet exemplis non ſit iudicandum nihilominus excuſatur.

119 Iudex, ſeu Officialis an teneatur, exequendo Principis mandatum iniuſtum, vel quod dubium ſit, an illud fuerit iniuſtum cum diſtinctione reſoluitur, vt n. 127.

120 Principis mandato quamvis duro obediendum eſt, quia illi replicari non poteſt cur ita facis?

121 Geſta per Principem legitimè geſta præſumuntur.

122 Officialis aliquid faciens iuſſu Principis non ſponte, ſed neceſſarie facere præſumitur.

123 Superioris iuſſus ſeruilem neceſſitatem præſupponit.

124 Officialis non debet obedire mandatis ſuperiorum contra Leges, & Canones.

125 Iudex melius eſt pro ſuæ conſcientiæ exoneratione, vt officio renunciet, quàm præceptum iniuſtum exequatur, & tradit ratio n. 126.

126 Officialis ſeu Iudex præceptis iniuſtis

iustum Principis non debet exequi, sed illi rescribere, & secundā iussionem expectare maximè, quando illud continet executionē mortis alicuius, & assignatur ratio num. 129.

130 Officiali licet prohibeatur, in loco administrationis contrahere, tamē vbi palam, & sine oppressione, vel ex Principis licentia, vel quia in loco extat consuetudo cōtrahendi contraxerit, in syndicatu excusatur.

131 Thesaurarij, & alij Officiales pecuniarij pecunias regias, vel publicas in vsus proprios conuertentes excusantur, si eas suo periculo receperunt, & hoc expresso pacto illis traditæ fuerunt.

132 Thesaurarij possunt impunè pecunias publicas in alios vsus conuertere postquam publicè indigētia est prouisum.

133 Thesaurarius ex quibus causis licitè possit pecunias Thesaurarię mutuò dare officialibus.

134 Officialis pecuniarius excusatur in syndicatu si ignoranter in crimen peculatus inciderit, vel se debitorem declarat.

135 Consiliarij, & Reipublicæ administratores excusantur, vbi aliquid modicum dederint iuxta morem regionis.

136 Decuriones seu consiliarij possunt aliquid modicum impunè dare nutrijs, qui bonum cuentum belli, seu Principi Natiuitatem nuntiauerunt, ratione letitiæ.

137 Modicum vel immodicum datum quando dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.

138 Decuriones alteri decurioni pauperi, pro suis alimentis de bonis communibus dantes, in syndicatu excusatur.

139 Respublica pauperem decurionem, propter eius seruitium exinanitum & de pauperatum alere tenetur.

140 Officiales effecti senes in seruitio Principis, debent tantum abeo cōsequi ne in senectute egeant.

141 Syndicus, seu Maiordomus ciuitatis non potest de illius bonis soluere, nisi de mandato consiliariorum, et proterum.

142 Limita in solutione paruæ quantitatis.

143 Deputati, & decuriones promittentes dare aliquam pecuniæ quantitatem, reuelanti vel capienti malefactorem excusantur.

144 Officialis ob merita sua, & maiorum suorum excusatur.

145 Iudices propter consuetudinem contra legem iudicantes excusantur limita in Cathalonia n. 146.

147 Iudices Mercatorum non tenentur in syndicatu, & si condemnent reum omissis iuris solemnitatibus, ex quo Mercatorum causa ex bono, & æquo decidendæ sunt, non inspectis iuris aspicibus.

148 In curia mercatorum ex pacto nudo offici-

efficaciter agitur.

149 *Iudex in omnibus casibus in quibus de plano, & sine scriptura procedit, testes in scriptis redigere debet aliter in syndicatu tenetur.*

150 *Notarius recusans instrumentum confícere excusatur quando est valde occupatus in alijs negotijs, vel alias actus esset prohibitus, & n. 151.*

152 *Magistratus, & Iudices tenentur in Syndicatu quando Bannitos remittunt. Excusamur tamen quãdo a Principe habẽt in specie concessam facultatem illos remittendi, & num. 153.*

154 *Fuga officialis à syndicatu, licet contra ipsum iuncto iuramẽto partis plenam probationem faciat: si tamen timore visitatoris inimici, aut alterius imminentis grauaminis fugerit, talis fuga non inducit probationem contra eum, vt nu. 155.*

156 *Et tali casu quid officialibus istis consulendum sit.*

157 *Magistratus, & Officiales, nisi facultatibus abundent, tenentur nihilominus praestare cautionem si iussoriam de standó syndicatui finito eorum officio.*

158 *Fideiussores Magistratuum in quibus casibus pro eis teneantur, & in quibus non.*

159 *Officialis hodie non tenetur personaliter persistere in syndicatu, vbi non habuerit, nisi ciuiles querelas, vel etiam criminales, ciuiliter intentatas quia sufficit procuratorem relinquere.*

160 *Officialis in causis syndicatus per procuratorem se defendere potest, vbi causa fuerit pecuniaria, secus si esset capitalis, quia in ea procurator non admittitur.*

VM ex querelis, & informationibus contra Magistratus, Iudices, & alios Officiales receptis, illorũ dignitas, honor, & fama quandoq. obumbratur, læditur, atq. offenditur eo quia sæpius contra eosdem instantibus querelantibus procedítur, ac si essent homines malæ vitæ, & Dei, diuinarum, atque humanarum legum contemptores, negligentes, dolosi, baratarij, corrupti, iniqui, atq. culposi. Ideo iustè eis permissum est, vt pro honoris, ac dignitatis suæ defentione, suas in hoc visitationis iudicio proponere valeant defentiones, cum diuinæ, & humanæ leges clementi hominues in odore bonæ famæ viuere bonumque nomen conseruare debere. Ita Salomon omniũ Sapiẽtiss. Prouer. 22. admonet. *Melius est bonum nomen quam diuitiæ multæ.* Et Eccles. 41. *Curã habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri prætiosi, & magni.* Di-

uus Auguſt. in quodam ſermone, vt
3 relatum eſt in c. non ſunt 11. q. 3. damnat illos, qui propriã famã contemnũt. Et libro de ciuitate Dei ſcribit. *Propriæ famæ eſſe conſulendum, non ob laudem humanam, ſed ob aliorum vtilitatem ne ſcilices malo exemplo alios ad mala moueat.*
4 Hinc dicitur, ſicut honeſtum, & licitũ eſt defendere vitam propriam alium occidendo: adeo vt nullam pœnam mereatur: ita licet pro defenſione honoris not. Doctores omnes in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Hyppol. Rim. conſil. 174. num. 31. Bero. conſ. 161. num. 4. lib. 3. ex humana tamen ſemper fecit hominis famam, vt eam bonis prætulerit, l. iſti quidẽ, ff. quod met. cauſ. l. iuſta, ff. de manumiſſ. vindict. l. quis quis, C. de poſtul. quo circa D. Thom. quodlib. 10. quæſt. 6. articul. 13. admonet eum peccare, qui famam ſuam negligit cum quandoq. bonũ, ex diuina diſpenſatione incurrant infamiã,
5 vt probẽtur, vel purgenter, vt in cap. ſunt plurimi 6. quæſt. 1. Lucas de Pena in l. infamiæ, C. de Decur. lib. 10. Vnde licet plures ſint defenſiones, & excuſationes iſtorum Magiſtratuum, & officialium: veruntamen eas duntaxat magis neceſſarias in medium adducere curabimus ex quibus eorũ innocentia facilius innoteſcat, inter quas ſunt, quæ ſequuntur.

6 Prima excuſatio ſeu defenſio eſt, quæ oritur ex exceptione lapſi temporis ad querelandum: etenim hac exceptione lapſus termini tueri ſe poteſt Iudex ſeu Officialis exiſtens in ſyndicatu: nam lapſo tempore, quod præfigi ſoler in edictis ſyndicatorum, ſeu viſitatorum ad querelandum, non poteſt vlterius moleſtari, non modo in loco officij, ſed neq. etiam in eius propria patria corã ſuo ordinario, & ita cõmuniter tenetur: ſine ſecuta ſit abſolutio, ſiue non: in vtroque enim caſu hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Boſſ. in titul. de offic. corrupt. pec. num. 32. & refert Paris. de ſyndicat. verb. (Tertio) poſt numer. 7. fol. 142. vbi, dicit vidiſſe multos Officiales cuaſiſſe ſyndicatũ, & fuiſſe abſolutos: quia querelæ non fuerant porrectæ in tempore banni, & ita quotidie practicari atteſtatur Anton. Gom. cap. 1. delicto. num. 23. in fin. quẽ refer, & ſequitur Iul. Clar. §. fin. quæſt. 51. num. 6. Auil. in cap. 3. ſynd. num. 11. Surd. conſil. 561. nu. 29. vol. 4. Bouad. lib. 5. cap. 1. nu. 159. Cancer lib. 2. cap. 2. num. 165. & lib. 3. cap. 12. num. 42. & 43. late, doctiſſime Maſtrill. de Magiſt. lib. 6. cap. 6. a nu. 20. cum ſeq. vſque in fin. qui plures
7 alios allegat. Et prædictorum Doctorum ratio eſt, quia non debet aliquis pro eadem cauſa apud diuerſos Iudices moleſtari, l. 3. §. fin. ff. naut. caup. ſtabul. Couar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. eoq. magis præſentibus bannis publicis, vt not. idem Cancer de cap. 12. num. 43.

8 Secunda eſt etiam pars defenſionis exceptio, quæ ſit contra teſtes, à quibus querelatus grauatur, quæ ex triplici capite proponi poteſt: quorũ primum reſpicit perſonam ipſorum teſtium, qui examinandi non eſſent, vt puta, quia ſunt infames, periuri, abiecti, viles, & ſimiles de quibus dictũ fuit ſupra cap. 5. ſecundi reſpicit proceſſum ipſarum atteſtationum: quia ſcilicet teſtes ipſi minus legitime recepti ſunt, quia ſine iuramento depoſuerint, vel minus legitime examinati fuerint, & ſic non probant, nec aliquam fidem faciunt l. iuſiurandi. C. de teſtib. ibi: *Iuſiurandi religione teſtes priuſquam teſtimonium perhibeant arctari præcipimus.* Bonacoſ. lib. 2. com. opin. verſic. teſtis debet eſſe iuratus, vltim. verſic. fol. 84. Tertium caput reſpicit dicta,

dicta ſeu depoſitiones ipſorum teſtiũ quia ſunt falſi, varij, contrarij, ſingulares, & quod non concludenter deponunt, vel huiuſmodi, quibus in caſibus tales teſtes non probant, vt late probat Clar. in pract. § fin. quæſtion. 53. n. 1. 5. & 6. Philip. Teſtay allega. 9. n. 64. 65. & 69.

9 Tertia eſt etiam alia defenſio, quæ relatus in defentione proponere poteſt, quod ſcilicet de eadem quære la fuerit abſolutus, vel etiam condẽnatus: nam eo caſu non poteſt vlteriꝰ contra eum procedi. Nam de criminibus de quibus, quis ſemel fuit abſolutus non poteſt accuſatio replicari, tex. eſt in cap. de his accuſatio. l. ſi cui § . iſdem. ff. de accuſatio. l. his tamẽ, § ab alio delatum, et l. ſenatus, ff. eod. l. qui de crimine, C. eod. Ita dicit cõmuniter omnes Doctor. vt areſtatur Angel. de malef. in verbo, & ad querelam, n. 90. Contra. in prac. fol. 227. n. 11. nam de eiuſdem hominis delicto ſæpius quærendum non eſt, l. 3. § . ff. naut. caup. ſtab. Ancha. in d. c. de his, n. 6. Couarru. lib. 2. var. c. 10. n. 7. Clar. § fi. q. 51. n. 6, vbi refert quod, & ita in facti contingentia conſuluit, Mantua. conſ. 251. lib. 1. & Ioann. de Amicis conſ. 37. in prima regula, Cancer. lib. 2. cap. 2. n. 165. & lib. 3. c. 12. n. 42. & 43.

10 Quarta, excuſatur officialis etſi capturauerit aliquem ſine licentia Iudicis in ſcriptis: etenim licet regulariter nemo capi, aut carcerari poſſit, ſine iudicis mandato, l. neminem de
11 exhib. reis, et ibi cõmuniter DD. ve runtamen in flagranti crimine repertus capi, & carcerari poterit, etiã ſi fuerit clericus, ita tamen, vt ad ſuũ iudicem ducatur Farin. qui plures refert quæſt. 21. nu. 137. & 141. Item quando non habetur copia juſtitiæ.
12 Ripa in cap. 1. n. 89. de judic. Itẽ quãdo capitur fur ab eo cui res fuit furata, l. 1. C. quand. licc. fiũ. jud. ſe
13 vind. Item in fabarijs monetarum,
14 gloſ. in l. fin. C. de exhib. reis. Item ſine judicis licentia capi poſſunt de ſectores militiæ, publici latrones, ſacrilegi, & depopulatores agrorum, virginum raptores: vt in dict. l. 1. & 2. C. quand. ſine jud. ſe vind. & in l. 1. D. de rap. virg. & in ſumma ſine licentia poſſunt capi omnes homines facinoroſi ſcelerati, banniti dummodo configuentur ſuo judici competenti infra viginti horas. Gomez. var. reſo. tit. de captu. reor. n. 4.
15 Quinta excuſantur officiales etſi percuſſerint, & vulneraverint capiẽdum, ſi capturæ reſiſtat, & non permittat ſe capi, vt in l. ſi ſeruus, & ibi cõmuniter DD. nor. C. de his, qui ad eccleſia. confug. Amad. in tract. de ſyndic. in verbo Item eo, nu. 200. vbi, quod ita vidit pluries conſultum & judicatum, Paris. de Put. in ſimil. tractat. in verbo Reſiſtentia, cap. 1. an ſi Iudex num. 3. Cathald. in eodem tractat. de ſyndic. quæſt. 261. num. 172. Boer. deciſ. 170. nu. 5. in fin. & num. 6. & 7. Gram. deciſ. 41. per tot. Bols. in titul. de Captuta. num. 12. & ſequent. Anto. Gomez. varia. reſolu. dict. tit. de captuta reorum cap. 9. num. 6. vbi teſtatur de communi, Clar. in § . fin. q. 29. in princ. vbi quod de hoc nullus dubitat, quod maximè procedit quando reſiſtentia eſt magna, & cũ armis, vt bene ex multis probat Farina. q. 12. n. 41. & 42.
16 Sexta excuſatur officialis ſi reum fugientem quẽ capere volebant vulneraverint dum aliter illũ capere nõ poterat ita ſcripſit Bal. in d. l. ſi. n. 5. C. exhib. reis, Ang. de malef. in verb. & fama publica, n. 54. in prin. Boer. d. deciſ. 170. poſt n. 7. Amod. de ſyn. n. 100. in fine Gram. d. deciſ. 41. n. 1. Ant. Gomez. d. titul. de captura reorum cap. 9. vbi generaliter dicit ſatellites poſſe vulnerare, & occidere capiendum defendentem ſe cum telo, vel fuga Fabia. a Monteleone

in sua praxi arbitrali in 4.part.n.33. fol.333.Mastail.de Magistr.lib.6.cap. 10.n.57.

17 Septima excusantur etiã licet occiderint capiendum si a Iudice habuerint speciale mandatum capiendi, vt dici solet viuum aut mortum: tunc enim si illum resistentem maximè cum armis vulnerauerint aut occiderint, non tenentur sic enim videtur de mente, Bald.in l.addictos nu.3.C. de Episco.aud.quẽ sequitur Ange.de malef.in vers.quod fama publica prę cedẽte,n.54.in prin.vbi ex Baldi doctrina infert quod Officiales non possunt capiendum se armis defendentẽ impune occidere, nisi in mandatis à superiore habuerint, quod ipsum interficiant si non potuerint eũ capere vel ducere idem scripserũt Marsil.in trac.de bannito verb.capti,n.10.Carrer.in pract.crimi.in primo tract.de appella.§. duodecimus casus est,n.6. Iodoch.in pract.cri.c.15.nu.27.& 28. vbi alternatiue loquendo extendit hanc conclusionem ad excusandum apprehensores, qui apprehendendum resistentem vulnerarunt, & occiderunt dixit sufficere, vel quod hoc ipsis à judice specialiter commissum fuerit: vel quod resistentia fuerit magna, & violenta, reddens capturæ victoriam dubiam, late Farin.quæstione 32.numer. 49. & 51.& quæstione 97. numer.122.vbi generaliter probat quod excusatur Officiales, & exequutores potestatis, qui de ipsius ordine aliquẽ occidũt.

18 Octaua excusatur Iudex qui aliquem in carceribus detinuit, vt manifestaret socios, & mandatores, vel aliud faciat, quod de jure debet, quia est justa causa carcerandi, Bal.in l. 2. §.diuus,ff.de jur.fisci Cataldi.de syndic.q.91.Paris.de Put.de synd.in verbo captura, cap.1.num.14.& in verbo carcer,& carceratus.

19 Nona excusatur officialit si relaxari fecerit carceratum, quem in carceribus inuenerit, & nescitur, ex qua causa ibi detineatur: præcedente tamen prius pro clamatione, Bart.in l. si quis vxori.§.si fugitiuum,ff.de furt. Amod.de synd.vers.item non tenetur,num.71.

20 Decima excusatur officialis si captum pro crimine graui, maximè confessum, non solum facit poni in compedibus: sed in cippis, & cathenis A-
21 mod.d synd.n.251.in fi.qualitas enim custodiæ est in arbitrio judicis constituta, vt per Bal.in l.fi.C.de exhibend. reis Menoc.de arbi.casu 305.n.1.& 6. & sic licite poterit judex si ita sibi videbitur carceratũ detinere incõpedibus cathenis,& vinculis dicit text. in l.1. ff.de custo.reorum, ibi. *Si criminis qualitas etiã cathenarum acerbitatem postulauerit.* Et per istũ text. idẽ tradiderunt de cathenis seu manicis ferreis iuxt.suspicionem, quam habent Bonif.de vital.tit.de carcer.priuat.n.14.Boer.decis. 216. numer. 13. vbi allegat glo. in elem.1.in.§.1. de hæret. quæ glo. refert illum Psalm. *Ad alligandos Reges eorũ cũ cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Et ꝙ carceratus confessus, vel convictus, vel valde suspectus possit impune per judicẽ detineri in cõpedibus cippis, vel alijs ferramentis probat, text.in l.si confessus,ff.de custod. & exhib.reis: & in reo confesso, vel conuicto, vel respectiuè damnato expresse loquũtur Paris.de Put.de synd. verb.carcer,n.5. Iodoc. in pract. cri: tit.de fidejus.in crim.c.20.n.16.vers. quando autem est confessus, Cyril.in sum.cri.tit.de custo.reorũ.§.1.num.3. vers.itẽ in vincula,& prædicta maxime licerent judici quãdo carcer non est omnino tutus: & bene munit⁹ qui nimo suspicari posset quodinde ab eo curceratus facile aufugere posset ad trad.ꝑ Menoc.d.casu 305.n.7.Foller.

post

post alios quos allegat in prac. crim. verbo vel carcerantur, nu. 8. ad fin.

22 Undecima excusatur officialis si aliquem carcerari faciat pro modica coertione, pro vt sic fuit decisum in Regia Audientia, confirmando sententiam per Iudices tabulæ latam, vt refert don Ludouic. à Pegue. Regius senator decis. 82. & Cancer. var. resol. p. 3. c. 12. in princi.

23 Duodecima, quia supra in tit. de commentariis c. 20. diximus custodes carcerum teneri de fuga carceratorum: ideo hic non abfreuidebitur de illorum excusationibus aliqua proponere. Excusantur igitur custodes carcerum, & de fuga carceratorū non tenentur si in illis custodiendis adhibuerunt solitam diligentiam puta illos retinendo in loco in quo alij similes carcerati retineri solebāt. Etenim custodes ab omni culpa, & negligentia excusantur, & immunes sunt si fecerunt, quod solitum est fieri, vt per Alex. in l. fin. n. 1. vers. vel talis consuetudo, ff. de cust. reor. Paris. de Put. in tract. de synd. verbo carcer, & carceratus c. 3. Ansi plures n. 14. & 15. & in c. 7. incip. pone quod carceratus n. 3. ad fine, vbi asserit non possedici in culpa carcerarium, qui carceratos retinuit in loco solito carceris licet inde aufugerint, & idē affirmauit Boer. decis. 217. num. 5. & 6. vbi inter alia allegat, text. in l. quis sit fugitiuus. §. apud labeonē in fi. bi. *Quia id fecit quod publicè facere licite arbitratur* ff. de ædilit edict. & ibidem Cœpol. in primo notabili. Cyril. in summa crim. par. c. 1. rub. 12. de custo. reor. §. 3. n. 2. in fi. Angel. Aret. inter cōsil. diuers. consil. 73. n. 29. & seq. vol. 1. Berta. cōs. 69. in princ. n. 1. & sub. n. 3. lib. 1. & in fin. consilij plurimū enim interest in his spectare consuetudinem etenim quod secundū eam fit iure fieri: videtur imo consuetum est fieri, necessarium est l. fascula, ff. de extraord. crimin. l. quod si nolit. §. quia assidua ff. de ædilit edict. officialesq. debent obseruare locorum consuetudines, l. obseruare, §. penul. ff. de offic. proconsul & in generali mandato facto custodi carcerum veniunt ea, quæ de consuetudine fieri solent, d. l. quod si nolit. §. quia assidua, & ea quæ sunt consueta fieri semper videntur inesse, l. fi. ff. de fideiusso. ideo custodia facienda est secundum consuetudinem, Bald. post Cyn.

24 in l. 2. C. de Episco. aud. & hinc dicitur, quod in culpa non est qui facit, quod communiter consuetum est fieri, l. pignus, ff. de pig. actio. qua de causa custodes carcerum probata solita diligentia in custodia carceratorum & quod eos in loco solito vbi alij carcerati custoditi solebant captos retinuerunt ab omni pœna erunt immunes: quia cessat culpa, vt per Boer. d. decis. 217. n. 5. quē & alios ad propositum refert Fatin. q. 31. n. 133. in fine.

25 Decimo tertio quādo verisimiliter non poterat suspicari, quod carceratus aut fugerit. Tunc enim licet aufugerit excusātur custodes sic juste credentes illū nō fugiturū etenim iusta ista credulitas eas excusat, vtpote quando fuit positus per custodem in aliqua instantia latissima ex qua nō poterat idem carceratus aufugere, & inde per fenestras exire nisi cum maximè, & euidenti vitæ suæ periculo propter altitudinē domus, & magnam distantiam quæ erat à subiacentate illius loci ad infimitatem terræ, tunc enim si carceratus ex dicto loco se proiecerit in terram, & illesus remanens aufugerit non tenetur custo s, quia verisimiliter nunquam ex dicto loco poterit de tali proiectione, ac fuga suspicari cum non sit verisimile, quod quis ex alta turri, seu arce se in terram proiciat, & in euidenti periculose submittat, vt per Boer. dicta decis. 217. post num.

quintum & 10. vbi in exemplis ibidē propositis reffert fuisse apud Senatū Burdeg. in simili casu conclusum ad fauorē custodis eo, quia talis fugiēdi periculosus modus, nō poterat per cu stodes verisimiliter prouideri.

26 Decima quinta, propter justā credulitatem excusatur custos, si retinēs carceratos de proximo liberandos in latioribus carceribus ab eis aufugerint, quia verisimiliter nō poterat de eorū fuga suspicari Paris. de Put. in tract. de synd. in verb. carcer, & carceratus, c. 2. an. potestas cap. ansi plures, n. 17, Ange. de Malefic. in verb. quod fama publica præcedente, n. 83. Boer. d. decis. 217. u. 10. ante med. verſic. fateor tamen. nu. 16.

27 Decima sexta, excusatur custos ex fuga carcerati nobilis, & integræ famæ, quem in latioribus carceribus retinebat justē credens, quod non esset suæ fidei, & nobilitati detracturus, nec fugiturus, vt per Paris. de Put. de synd. in verbo carcer, & carceratus, c. 2. an. potestas n. 2. vers. & adde vbi allegat etiā Ange. in l. si a bone fidei ff. de rei vend. Boe. d. decis. 217. n. 9. per tot. & n. 10. in prin. Cyrill. in summa crim. p. 1. rub. 12. de custo. reorū § 3. n. 9. ad med. Foller. in prac. cri. in verb. vel carcerentur, n. 5. Roland. conſ. 11. n. 31. lib. 3. Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 20, n. 28. Neuiz. in silua nuptiali in verbo est nubendum. n. 55. Plures alios adducit Gabriel. in suis conclusionibus concl. 8. n. 55. lib. 7. & prædicta excusatio maximè procederet, & locum haberet quando causa carcerationis erat leuis, vel pro paruo debito: vt tenet idē Boer. d. decis. 217. nu. 10. & confert quæ dicit Menoch. de arbitr. casu 342. num. 10. vbi Iudicis arbitrio hoc casu multū tribuendum existimat. Nam licet credens viro fidedigno excusetur ad glo. in l. Titio fundus in verbo actiones, vbi

28 Bart. Castr. Alex. & cōmuniter DD. ff. de condit. & demoſ. verum si nobilis erat detentus pro magno debito, vel pro delicto graui, non debet custos illius nobilitati, & integritate confidere in prædiudicium fisci, & creditorum, & propterea tali casu, magis debet respicerem ad causam pro qua est carceratus, quam ad qua litatem nobilitatis, ita explicat Farin. q. 31. n. 146. & 147.

29 Decima septima excusantur de fuga carceratorum sequuta propter incendium, vel ruinam carcerum, vt scripsit Iodoch. in pract. cri. c. 17. rub. de carcerarijs, seu cōmentarientibus n. 5. & ratio est, quia custos carceris

30 habetur loco depositarij, vt diximus in c. 20. n. 15. ac ideo succedit juris cō clusio ℣ depositarij nō tenetur de casu fortuito, sed tātum de dolo, ac lata culpa, l. si vt certo §. nunc videndum ff. cōmod. l. contract. ff. de reg. jur. & l. 1. C. de posito.

31 Decima septima, excusantur de fuga carcerati facta proditorie, et per infidias, quæ ipso ab custode nō poterāt prævideri, nam à proditione nemo se præcauere potest, l. si fidejusso. §. si eum debitor. ff. mand. c. Beatus 22. q. 2. vbi B. Paulus spiritu Dei plenus, nō potuit deuinare ea, quæ sequuta fuerunt secrete, & insidiæ, quæ non possunt prævideri culpam, non arguunt l. in rebus vers. piratarū insidijs, ff. locat. d. l. contractus in verb. tumultus, ff. de reg. jur. vt in exemplo de muliere, quæ virum ipsum carceratū habens, ipsū ex carcere extraxit, eidem accōmodata sua muliebri veste, vt a custode in exitu ianuæ nō cognosceretur, ista enim videtur magna calliditas, quā custos difficultate prævideri poterat, ideo videtur excusand' si hoc modo deceptas virū muliebri veste indutū exire permisit: vt p Paris. de Pute. de syndic. verbo carcer, & caeratus capit. 3. ansi plures numer. 8. & in simili casu fuit absolutus

quidam

Quidam custos in urbe Romana refert Farin. quæst. 31. nu. 159. in fin. vbi sub num. 161. 162. 165. 168. & seq. refert alios custodum executiones, quas per se ipsum videre debet.

32 Decima octaua, quia officialis non debet imputari de delicto commisso sub calore, coldre seu contempsu sui officij, ideo quando esset dubium an delictum fuisset commissum ab officiali prætextu officij, vel non, dicitur non esse præsumendum fuisse commissum prætextu officij ad euitandum ius delictum, & ipsum esse talem sic excusationem tenet Rolan à vall. consil. 1. vol. 3. Butard. ad Clar. q. 55. nu. 40. Capit. decis. 130. num. 12. Mantil. super mobil. gener. c. 30. nu. 185.

33 Decima nona, excusatur Iudex, & officialis qui præcedentibus mandatis assignatorum, essi tortus obtenti in tormentis illa fuit doctrina Bartol. in 1. quæstionis modum ff. de quæstio. quæ sequuntur Sune. Guid. de Suzar. in tract. de Ind. & tortu. nu. 87. in fin. vers. 5. casu absque Amod. de Sondi. num. 115. & 115. Parif. de Put. in simil. tract. verbo tortura, cap. 12. an si officialis alloquem tormentauit Boss. in tit. de tortura nu. 30. Anton. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 13. nub. de tortur. reorum. nu. 6. & in expresso Franch. Marc. q. 98. num. 3. par. 2. Menoch. de arbitr. casu 340. num. 9. vbi quod ita tenent omnes Clar. in §. fin. quæst. 64. nu. 37. Bouad. lib. 5. cap. 3. num. 25. Mastril. de magistr. lib. 6. cap. 10. nu. 148. Farin. quæst 37. num. 131. 137. 139 & 143. Vbi quod Iudex non tenetur de morte tortis si illum torsit in loco solito, & per ministros solitos, & iuxta modum solitum adeo quod si ruderis, trabes, aut funiculus fractus fuerit & tortus in terram proiectus erat à fregerit, aut mortuus fuerit executabitur ab omni culpa. Quia ad ipsum non spectat ligare, torquere, & in alium transferre, vt ibi per eum latius est videre.

Vigesima excusatur Iudex & officialis de negligentia debiti, & patui monenti, de post Paris. de Put. tradit Ioseph. Sess. de inhabil. iudi. Arag. 280. cap. 15. §. 1. 2. & 3. nu. 46. & 50. vel post. Symach. post. dict. tract. n. 23. & 29. & ratio est, quia ex scrupulosa negligentia inquisitoris non fit iniuria. Quia non tyrannizatur officialis, nisi de negligentia dilucida, & dolo proxima, & sic observat consuetudo de qua est attestatum ab ordinario. Cond. de iustic. post. num. 11. Bobius in simil. de offic. corrup. numer. 26. Clarus in §. fin. 1. quæstio. 73. num. 5. Amodeus de iurisdict. numer. 81. Battazol. consil. 71. numer. 6. & alios refert Fernac. quæstio. 111. numer. 2. 3. & 4. 5. Et negligentia quæ provenit a mala fantasie vel a naturali rarditate, & non affectata, nec supina, nec dolosa, omnino excusatur, l. magna negligentia, & ibi Doctores, ff. de verbor. obligation. Baldus in 1. manet pia. C. de iurisdict. fugit. Bartol. in 1. cognitionem. ff. ad syllenia. Menoch. de arbitr. casu 341. Masear. de probat. conclus. 1088.

Nec iustitia distat denegata, stantibus prædictis maxime quando Iudex dat responsum, & se ob moram excusat, & non tacet Put. in verbo (Iudices) capit. 11. & capit. 14. & 18. per tot. nec dicitur negligens quando est dubius propter perplexitatem opinionum Gatal. de syndich. num. 34. Amod. insimil. tracta. num. 123. vel propter difficultatem probationum, Bald. in auth. clericos, C. de Epis. & cleri. vel propter subtilitatem juris idem Bal. din. 1. 2. 3. C. Dyomod. & quand. vel inadditus ministrudine, cautens. aut aliquo alio modo. Puteo. verbo (Negligentia) cap. 1. nu. 8. ec teq. Fe rin. d. q. 111. nu. 434. Et tandem non dicitur negligens si pars no petijt, l. 3. C. vt intra cert. temp. ibi, quod si litigatoribus ad mouendus in fi. l.

§. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. l. 1. §. Magiſtratibus, ff. de Magiſt. conuen. ibi, *Si moniti, vel requiſiti non dederint.* Cathaldi de ſyndicat. q. 42. 43. & 44. & q. 101. & 102. Amad. in cod. tracta. n. 74. Pute. in ſimil. tract. verbo inſtantia ſyndicatus cap. 6. & in verbo negligentia, cap. 1. n. 4. Boſſ. in pract. tit. de offici. corrup. n. 23. late Anto. Gomez in 3. tom. delict. cap. 9. n. 19. Auil. in cap. 1. Prætor. glo. fiel. n. 43. Paz. in pract. tom. 1. par. 11. tempore n. 26. & ſeq. & facit quod generaliter tradit Rip. in l. de pupillo. §. meminiſſe. num. 18. ff. de nou. oper. nunt. quod diſpoſita per legem in fauorem alicuius nunquam habent locum niſi petantur, etiam ſi lex velit fieri ipſo iure ſequitur, Bouad. lib. 5. cap. 1. n. 145. & Cancer. p. 3. cap. 12. n. 255. vbi quod Magiſtratus officio incumbit, tacitam habet cõditionem ſi aparte fuerit ſolicitatus, quæ ſolicitatio debet eſſe ſaltem per tres vices imo cũ importunitate, vt Iudex dicatur negligens, Bertaz. d. conſ. 71. lib. 1. in cri. n. 55. poſt Catald. Gram. conſ. 54. n. 8. in crim. poſt. Deci. qui dicit communem, Roma. conſ. 427. Auil. in d. cap. 1. Prætor. d. glo. fiel. n. 46. Docto. in c. ex ratione de appella. vbi debere fieri proteſtationem inſtãter, & inſtantiſſimè, ac pluries, Nouiz. conſ. 97. n. 15. Franc. de Leonar. in prax. official. cap. 14. n. 13. Pati. d. q. 111. n. 429. cum ſeq. & hæc opinio in Cathalonia eſt admodum recepta. Quod ſcilicet Iudex, ſeu officialis non dicatur negligens, nec in mora, niſi præcedente trina interpellatione, vt ſcripſerũt noſtras, Mier. p. 1. cap. 7. de tabula, n. 66. coll. 4. fol. mihi 84. & Cancer. dict. cap. 12. num. 266. propeſi. & 264.

Vigeſima prima, ex proxime dictis intertur, quod excuſatur Iudex qui non fuit interpellatus in expediendo proceſſum infra tẽpus ſtatutum, Bald. in l. ſi ideo de ijs quibus, vt indig. Catald. de ſyndic. q. 87. & 88. Rim. iun. conſ. 21. n. 138. & 139. vol. 1. Caualc. de Brach. reg. p. 5. n. 215. Bouadill. lib. 5. cap. 1. n. 144. & ſeq. Cartar. deci. Gen. 22. num. 8.

44 Vigeſima ſecuuda, excuſatur etiã, & non tenetur Iudex ſi cauſam non determinauit, quando ſibi non fuit exhibitus proceſſus. Vant. de nullit. ſentent. ex defectu Iud. ordin. n. 117. Cratuet. conſ. 270. n. 2. lib. 2. Caual. deciſ. 6. n. 11. p. 1. vbi ampliat etiã quod ſtatutum diceret, quod debeat Iudex intra certum tempus cauſam expedire Crauit. Ritu. 245. nu. 3. & ſeq. Couar. pract. qq. cap. 20. ſub. nu. 6. verbo inſtrumentã autem publica Borg. Caualc. deciſ. 6. num. 11.

45 Vigeſima tertia excuſatur Iudex ſi labatur inſtantia, quando per eum non ſtetit, ſed per partem, quæ negligens fuit in interpellando iudicem, l. 2. C. de naufrag. ibi, ſi per negligentiam, lib. 12. Amod. de ſynd. n. 254. in fi. & ſimiliter excuſatur in non inquirendo, nec puniendo delinquẽtes, quã do delictum non fuit notorium, nec ſi bi fuit denuntiatum ſecundũ Amode. de ſyndi. nu. 78. 79. 81. & 82. Pariſ. de Put. in ſimil. tract. in verbo negligentia. cap. 4. n. 8. & cap. 5. n. 1. & ſeq. vbi quod in Iudice præſumitur ignorantia maleficij niſi probetur ſcientia Boſſ. in tit. de offici. corrup. n. 25.

48 Vigeſima quarta Officialis, ſeu Iudex excuſatur ſi die feriata ſententiã protulerit, ſi ſit dies vltimus, quo eius iuriſdictio expiraret glo. eſt notabilis in clement. fin. de iud. Amod. de ſynd. n. 255. in princip.

49 Vigeſima quinta excuſatur Iudex ſi dederit copiam allegationum iuris alteri parti, ad notat. per Iaſ. in l. is apud quem col. 3. verſ. vltra ſcribẽtes, C. de edend. poſt. pract. Papienſ. in forma. pet. cop. inſtrum. circa princi. vbi formaliter tenet. Quod quemadmodũ de

de omnibus actis debet fieri copia partibus, ita de allegationibus iuris, & conſiliis, ne Iudex circunueniatur ex falſis allegationibus, l. 1. C. ſi ex falſ. alleg. at. & l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. quamuis ad id non compellatur, vt dixit In noc. in cap. per tuas de teſtib. quem refert, & ſequitur Roman. ſingul. 166. & poſt alios Duenn. regul. 5. incip. acta iudicialia, fol. 6. cœterũ apud nos præ-
50 dicta raro practicãtur: in viſita Iudex ex nouis allegationibus poteſt defendere ſuam ſententiã, & oſtendere eon demnatum ius non fouere, vt exdoſetur, Bal. per illum tex. in l. Aemilius, ff. de mino. Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo iudices ad ſyndicandum, cap. 2. num. 21. Boer, deciſ. 259. n. 9. & ſeq. eo maximè ſi ſententia ex nouis probationibus in iudicio appellationis reuocaretur, quia non dicitur Iudex injuſte iudicaſſe, vt not. in cap. cum Ioannes Eremita, de fide inſtr. Put. vbi ſupra n. 22. Catald. de ſynd. num. 136. &
51 137. vers. ſed idem, & n. 246. Vigeſsima ſexta excuſatur Iudex qui per imperitiam male iudicauit in aliqua lege ſeu materia difficili ad not. per Alex. in addi. ad Bart. in l. fin. ff. de var. & extraord. cogn. it. litera F. ante fin. Bald. in l. mancipia. num. 2. verſicul. ſi autem ad id inducitur, C. de ſeruit. fugit. vbi, quod quando paſſus eſt, multum ſubtilis, & arduus, aut iudici parcitur, aut minus punitur, Rondinel. de ſynd. nu. 151. & 153. cum ſeq. Anto. Maria. Corat. in tract. de cõmun. opin. tit. 12. num. 48. & tit. 13. nu.
52 8. vbi, quod ignorantia iuris dubij, & obſcuri æquiparatur ignorantiæ facti, & propterea iudicem excuſat. Conrard. de momenta. poſſeſſ. limit. 10.
53 num. 18. Ac ideo non tenetur iniuriarum actione etſi iniuſte aliquem condemnet ex quo non dicitur feciſſe animo iniuriandi Pariſ. de put. in
54 verb. iniuria officialis, cap. 4. Et ſimiliter excuſatur ſi de commiſſis ſuæ conſcientiæ aliquid ſine dolo contra iuſtitiam per imperitiã faciat Amed. de ſyndicat. n. 256. vers. In ſuper.
55 Vigeſimaſeptima, quicquid ſit de iure, hodie excuſantur iudices, & officiales ex conſuetudine, quia & non ſyndicantur de ſententijs per imperitiam malè latis, ſed tantum de furtis male ablatis, de dolo, & barataryis: provt de hac conſuetudine teſtantur Amode. de ſynd. nu. 136. in fin. Pract. Conrad. rub. de ſenten. num. 33. in 5. ampliat. in fin. Grammat. conſil. 54. num. 11. Clar. in §. fin. quæſt. 73. nu. 3. in fin. Bertaz. conſ. 71. nu. 3. & conſ. 81. num. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 1. num. 50. & deciſ. 3. num. 39. & concl. 38. vers. Inſertur 102. vbi teſtatur de cõmuni obſeruantia Baiard. ad Clar. quæſt. 73. poſt nu. 35. & ſeq. Franc. de Leonard. in ſua praxi. offi. cap. fin. nu-
56 3. Gandi. de quæſtio. & tortur. quæſt. 1. num. 41. Caual. deciſ. 1. part. in rep. in verbo, inſtãtia peremptã adeo quod non eſt dubitandum de tali conſuetudine. Imò ſtatuta talem debent reciperè interpretationem à generali cõſuetudine l. cum de interpretatione ff. de legib. DD. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. & talis conſuetudo facit ius. & ex non ſcripto inſt. de natu. gen. & ciuil. & multò magis quando per ſupremos magiſtratus, ita ſeruatum fuit Caual. de brach. regal. p. 5. nu. 61. & 62. vbi ſimiliter tenet, quod hodie de conſuetudine generali quorũ ſcripti ſtatutis, iudices nõ ſyndicantur niſi
57 de dolo & barataria. Magiſtratus autem, & iudices ſupremi de imperitia viſitari nequeunt vllo modo latiſsimè probat Bouadil. lib. 5. cap. 3. num. 55. cum ſequentib.

Vigeſima octaua, excuſatur Iudex iudicatis contra communem opinionem quando manifeſta lege, vel ratione communis opinio conuincere-
tur. Alex. in l. cum prolatis in fin. ff. de re iudicat. Soci. iun. conſ. 189. nu-

75. Cororas. de commu. opin. lib. 2. tit. 9. casu 8. num. 1. Caual. de brach. regal. p. 5. num. 57. & 179. Bouadi. lib. 5. cap. 3. num. 28. vel si vnam potius opinionem quam aliam recipiat Ioseph. Cur. in praxi. cap. 24. num. 82. & 83. vel si habeat opinionem alicuius approbatissimi & celebris Doctoris Ioseph. Ludouic. decis. 1. num. 1. Menoch. de arbitr. casu 177. num. 5. & 6. Sicuti etiam excusatur si sequitur opinionem sui Præceptoris l. dicere §. 1. ff. de arb. l. 5. ff. de manu vind. Albert. sing. 177. Bar. & Ias. in l. interdum §. 1. ff. de verb. oblig. cum multis alijs quos adducit Anton. Maria. Corat. in tract. de comm. DD. opin. lib. 2. tit. 9. casu 8. num. 30. vbi concludit non habere locum si communis opinio est in contrarium.

59

60 Vigesima nona, excusatur Iudex quando in casu dubio eligit illam opinionem, quam secundum suam bonã conscientiam credit esse veram Anchar. in cons. 210. quem sequitur Socin. iun. cons. 33. nu. 1. Bonacos. comm. opin. verb. Iudex non tenetur.

61 Trigesima, excusatur etiam Iudex si in dubio iudicat contra fiscum l. nõ puto ff. de iure fisci Bonacos. commu. opin. verb. Iudex cum simil. Quin mo laudandus est quando iudicat contra fiscum, quem ius fauere non apparet Bouadil. lib. 2. c. 2. n. 40.

62 Trigesima prima, excusatur Iudex seu Officialis in arbitrarijs, quia de eo, quod fecit redargui non potest, vt per Crauet. cons. 78. nu. 7. & propterea non tenetur de his reddere rationem in visita, seu syndicatu, vt tradit Marsil. in l. questionis modum nu. 63. ff. de quæst. Cassan. decis. 2. num. 4. de priuil. Granut. theorema. 3. in fin. Anchar. quæst. famil. 5. quos refert, & sequit Cancer. lib. 3. cap. 12. num. 77. vbi ita determinatum fuisse per visitatores officialium testatur in anno 1604.

64 Trigesima secunda, excusatur officialis, si habens merum arbitrium suum, id alicui denegauerit, Bald. in l. non quicquid ff. de iud. Amod. de syndic. nu. 239. vers. De quibus, & num. 249. versic. Item non tenetur. Innoc. singul. 6. vel si non fecerit id, quod sibi committitur, vt de eo faciat ad sui libitum, quia non dicitur grauare partem, habens liberum arbitrium, Amode. d. vbi supra num. 240. & 241. versic. Cum non tenetur.

65 Trigesimo tertio, excusatur Iudex si de iniustitia imputetur, quæ non esset euidens, & manifesta sed oculta, & præsumpta Iacob. de Beluis. in §. si quis autem vers. Iniustitia, Auth. vt iud. sine quoque sufrag. Rondinel. de syndic. num. 151. Paris. de Put. in verb. fui semel rogatus num. 3. Gram. consil. 35.

66 Trigesima quarta excusatur Iudex qui excitauit dubia, ex eo quia, tunc non præsumitur ex abrupto, vel per sordes iudicasse, & ideo eximitur à dolo & a culpa, Bald. cons. 243. in fin. vol. 4. Cæpol. cons. 8. num. 8. 13. & 17. Iason consil. 46. col. 4. vol. 3. Curt. iun. cons. 132. nu. 11. Crauet. cons. 8. in fin. Osasc. decis. Pedemont. 71. num. 17. Menoch. cons. 2. num. 133. & sequitur Bertazol. cons. 144. num. 11. vol. 1. & cons. 533. nu. 11. vol. 2.

67 Trigesima quinta excusatur Officialis accelerans exequutionem dilatione pendente propter tumultum sedandum dummodo iuste exequatur, l. qui cedem ff. de sicar. Amod. de syndi. nu. 252. vers. Item.

68 Trigesima sexta excusatur Officialis, qui dimiserit Cardinali condemnatum stante priuilegio secundũ Bal. in l. addictos C. de Episcop. audientia, quod notandum, & menti tenendum esse ait Amod. de syndic. num. 253. in fin. Paris. de Put. de syndic. in verb. de quibus officiales non teneãtur, & Ioã. Aloys. Cathal. de abol. c. 40. n. 75.

Tri-

99 Trigesima septima, excusatur Officialis iniurians verbaliter suæ iurisdictioni subditos intolentes, & iurisdictionem turbantes, aut irreuerenter, & importune procedentes: quia
7c licitum est insolentem, & importune agentem verbis increpare, & corrigere Paris. de Put. de Syndic. verb. Iudices cap 6. n. 7. & in vers. & idē puto, Natt. cons. 462. num. 20. Caual. de
71 Brach reg. p. 5. n. 25. vbi quod Iudex, qui recta intentione animo corrigē di verbum quandoq. graue & acerbum protulerit, non tenetur actione iniuriarū Francis. de Pont. de potest.
72 proreg. in tit. de elect. official. §. 6. vbi ait admonēdos esse Magistratus, vt cū subditis secum negotiantibus, & iustitiam petentibus, modeste, prudenter, quiete, & absq. iniuria aliqua tractēt, alias puniri posse nt grauissima pœna, l. vniuersus. C. vbi cauf. fical.

73 Trigesima octaua excusantur officiales inquisiti de extortione, si ante litem contestatam, vel sententiam non animo confitendi delictum: sed ad redimendam propriam vexationem pecunias, aut res extortas de posi tent ad not. per DD. in l. si reus. ff. de procur. Rond. de Synd. n. 243. & 244. Cæpol. cauth. 16. Paris. de Put. in verbo oblatio, Alex. Raud. cons. 50. nu. 603. Ioseph. Cumia. de Synd. c. 17. nu.
74 67. licet aliud sit in crimine baratriæ seu furti, & aliis atrocioribus crimi nibus in quibus restitutio de male ablatis non liberat officialem a pena vt in l. generaliter § 1. ff. de calūn. & ibi Bald. & fuit ita judicatū vt refert Viui. decis. 146. n. 2. Rom. singu. 332. Boer. decis. 153. n. 22. 34. & 35. & late Caualc. Resolu. crimin. casu 56. num. 97. & 98.

75 Trigesima nona, excusatur officialis propter factum suorum prædecessorum excusat. à dolo, & culpa, & consequen ter à pœna, Bart. & Salyget. in l. si pig nora. §. fin. de pig. actio. Ias. in l. 1. n. 4. ff. quod quisq. iur. Gram in cons. 60. Alex. in cons. 107. n. 22. lib. 2. vbi post Anchar. refert de facto contigisse, quod quidam rector inquisitus, quod tenuerat priuatos carceres, probauit quod ita fecerunt sui prædecessores, & fuit liberatus. Idem Alex. in cons. 240. n. 7. & cons. 33. lib. 6. Celf. Hugo cons. 71. nu. 10. Rondinel. de synd. n. 125. vers. quod si curia, eod. tract. cap. 17. n. 66. vers. & si aliter, quem refert & sequitur, Caualc. de Brach. regal. p. 5. n. 177. vbi inquit quod Prætor. qui fecit, quod suis antecessoribus permisum fuit non est vllo modo redarguēdus, & Mastril. de Magistr. lib. 6. cap. 10. n. 126.

76 Quadragesima excusatur officialis, vbicunque contra iura, & regulas iuris cōmunis, et statutorum procedit in atrocissimis delictis Mars. in prac. crim §. diligenter, n. 159. fol. mihi 45. Farin. q. 122. n. 60. Caualc. resol. crimin. casu 200. n. 142. vbi quod prædicta
77 procedunt in majoribus Magistratibus Roland. a Vall. cons. 70. nu. 26.
78 vol. primo. Similiterq. excusatur quo tiescunq. ex alia causa penam statutariam auget, vel diminuit licet statuta rare seruauerit scripserunt Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior in fi. ff. de ijs, qui not. infam. Menoch. de arbitr. q. 99. num. 16. lib. 1. Iosep. Ludou. in sua decis. Lucen. 15. n. 58. & seq. 1. p. Farin. qui plures refert q. 17. n. 11. cum seq. Cabal. resol. crim. casu 18. n. 6. & 13. & casu 19. n. 4.

79 Quadragesima prima excusatur officialis pro delicto familiæ suæ quādo delictum non est commune cum officio, vt quia commisserit homicidium, vel furtum extra officium: eo enim casu, nec criminaliter, nec ciuiliter cōueniri potest Amod. de synd. n. 196. vers. si autem delictum, Rom. cons. 90. n. 3. Raud. cons. 50. per tot. vol. 1. Boua. lib. 5. c. 1. n. 78. & 79. Farina,

rina.q.24.nu.48.cum plur.seq.Franc. Marc.q.425.num.7.

80 Quadrageſima ſecunda ſimiliter officialis excuſatur,& poteſt ſe defendere de delictis non commiſsis prætextu officij nec pro debitis ciuibus quia tunc non pertinet ad viſitatores Bald.in l.2.C.vbi de ratio agi oport. & ibi etiam Salicet.Rondin.de ſynd. n.275.Catald.in ſimil.tract.q.39.nu. 24.Pariſ.de Put.cap.2.n.20.Amod. in cod.tract.n.170.Raud.conſ.49.n. 79.Bajard. ad Clar.§. fi.q.38.Caual. de Brach. reg.p.5.n.14. Scle de inhibit.juſti Arag.cap.1.§.3.nu.6.

81 Quadrageſima tertia, excuſatur officialis pro facto ſui ſubſtituti ſi ex neceſsitate eum ſubſtituerit dummodo legalem, & idoneum elegerit, vt tradit Pariſ.de Put.de ſynd.in verbo ſubſtitutus,cap.2.n.2.eo maximè quâ do à Iudice ſuperiore ſeu Proege fuerit approbatus ſecundum Farin.q. 24.n.65.cum ſeq.

82 Quadrageſima quarta, excuſatur Magiſtratus principalis, qui tenetur pro ſuis miniſtris, & officialibus impetitis de concuſsione, & baratatia illes exhibendo ſecundum Pariſ. de Put.de ſynd. verbo Iudices ad ſyndicandum qui ſunt c. 2.n. 25. vbi ad id plura allegat jura.& in verbo familiaris ſiue familia poteſtatis c.5. n. 9. in fi.Amod de ſyndic.n.201. Catald. in eod.tract.n. 22. Caual. de Brach. reg.p.5. n.154. & ſeq.Brun.a Sole reſol.crim. verbo Officiales,Cyril. in ſum.crim.tub. 33. de pœn. iudi. mal. judica.§.fi.n.9.verſ.familiam tamen

83 exhibendo. Et ab hujuſmodi exhibitione dictorum officialium & miniſtrorũ liberabitur vbi mortui eſſent, aut banniti ſine dolo,aut culpa eiuſdé principilars Magiſtratus, vt not. Pariſ.de Put.in dicto verbo familiaris ſeu familia poteſtatis d.cap.5.n.9. verſ.an poteſtas,& n.10.quem refer,

84 & ſequitur Pari.d.q.111.n.144. bene tamen verum eſt quod in caſibus in quibus Magiſtratus pro ſuis officialibus,& familia teneturprius Officiales,& familia conueniri debent quã ipſe magiſtratus iux. glo. in l. ſi quis ex eo rpore, C. de mutilegolis , & ibi not.Pat.Auil.in c.4.Prætor. glo. ſea obligado.n.1.in fi.fol. mihi 105.Paz. in ſua præct.tom.1.p.8.c.vnico in pro

85 hem.n.17.fol mihi 206.Cancer.p. 3. c.12.n.129.& tantum ipſi Magiſtratus conueri poſſunt ciuiliter , & non criminaliter d.c.4.glo.ſea obligado n.13.& Paz.n.16. Amod,de ſynd. nu. 198.licet ſe obligauerint ad ſoluendum omnem pœnam ciuilem,& criminalem pro ſuis officialibus, quia debet intelligi de pœna criminali pecuniaria:non vero corporali, quam alius pro al o ſoluere non debet arg. tex.in l.qui ſeruum in princip. ff. de interrog.actio.l.ſancim⁹,C. de pœnis c.cum homo 13.q.3 & ita cum Romano,& alijs reſoluit Auil.in d. glo.ſea obligado,n.13.Auend.de exeq. mãd. 1.p.c.3.n.5.Bouad.lib.5.c.1.num. 79. & 80.

86 Quadrageſima quinta excuſatur Iudex ſeu officialis ſi aliquid bona fide,vel remunerationis gratia accepe rit non tamen ex cauſa officij ; vt latiſsime proſequitur Decia.lib.8. cap.

87 40.& ſimiliter quando palam,& publice aliquid accipit, quia tunc non præſumitur accipere,pro ueditione juſtitiæ, ſed pro alia cauſa per regulã

88 quod exactu palam geſto omnis excluditur dolus,& in ſpecie adnotauit glo.in l.ſi.in verbo conuinctus.C. ad l.Iul.repetund. Neuiz.in ſylua nuptia li,lib.5.rub. quomodo judicandum, nu. 101.in fi.verſ.item quando datur palam,Bajar.ad Clar.q.73.n.26.Bertaz,conſ.71.n.31.& 59.lib. 1. & conſ.

89 81.n.6.Ité quando accipit ea,quæ Iu-

90 dicibus dari ſolita ſunt , conſuetudo enim excuſat recipientem ſecundum d.glo.in d.l.ſi.C.ad l.Iul.repet.Alber.

in

in l.2.n.3. in fi. ff.de cond. ob turp. caus.vbi,quod potest Iudex recipere secundum morem regionis Paris. de Put.de synd. verbo poculenta, c. 2.post n.1.vers. quod dici verum, & in verbo Iudex n.2.in fi.vbi amplius videtur tenere,quod consuetudo excusat a crimine concussionis, & extorsionis Bertazol.d.cons.71.n.15.& seq.lib.1.& cons.81.n.3. & seq. & deniq.licitum est judici recipere pecuniam à parte pro gracia à Principe per ipsum officialem impettrata: vt concludit Bal.in cons.353.sub.1.vers. sed quæstio illa,lib.5.Alexan.Raud. cons.50.n.593.

91 Quadragesima sexta, excusatur officialis munera recipiendo quando nō habet salarium,vel illud est tenue quod non sufficit pro ipsius sustentatione, & familiæ, juxt text.in auth. scriptum exemplar in fi.& in l.præbiscitum. ff.de officio præsid. Angel. in l.1.in fi.C.ad l.Iul.repetund. Salycet.in l.iubemus, n.3.ante fi. C. eod. Amod.de synd.n.164. vers. aduerte tamen,vbi quod Officiales possunt accipere à sponte dantibus pro sui, & suæ familiæ sustentatione,quam aliter sustentare non possunt propter salarij patuitatem, Paris.de Put.in eod. tract.verb.corruptio,c.3.n.3. in verbo poculenta,c.1.ante fi.& cap. 2. in princ.& n.1.Anton.Rondi. de synd. officialiū,n.66.Boer.decis.353. n.28. Neuiz.in sylu.nuptiali lib.5.nu.99. Menoch.de arbitr.qq.lib.2.casu 317. n.21.vbi & ipse loquitur in judice aut nullum,aut tenue habente salarium, quod possit esculenta, & poculenta non magni valoris recipere, & ita etiam loquitur Viui.decil.113.n.17.in Decia.in tract.cri.d.lib.8.c.40.n.7. vbi, quod officialis non habens salarium,aut aliud vnde posset nutrici,licite recipi,& licite datur,dummodo non faciat injustitiam, Mascard. de probq.concl.164.nu.11. & 12.Capi. Blanc.de Baro. prag.4.n.15.vbi hoc locum non habere subdit,vt Officiales pinguis se dilatent sub velamine quod careant debita prouisione:quā doquidem ijs imputandum erit, qui huiusmodi salario, & emolumentis contēti extitere dum officium accepterunt,l.4.ff.ad l.Iul.repetund.

92 Quadragesima septima, excusatur Officialis si ab amicis munera receperit secundum glo.in l.1.in verb. a sobrinis,ff.ad l.Iul.repetund. Cyn. in l.1.n.4.vers.aut ratione amicitiæ, C.eod. Amod.de synd.n.169.vers.sed cum amicus, Boss. in tit.de official. corrup.n.3.Meno. de arbit.casu 317. n.4.Decia.in d.tract.cri. lib. 8. cap. 31.num.14.vers.si enim amicus,& c. 40.n.8.Mascard.de proba.lib.3.cōcl. 164.n.12.& seq.Berta-codf.71.n.30. lib.1.Mastril.de Magist.lib.5.c.10. n.
93 161.& quanuo ab amicis munera receperit in toto anno ab omnibus recipere non potest vltra centum aureos secundum glo.in d.l.1.in verbo a sobrinis.ff.ad l.Iul.repetund. & est tex.in l.eadem lege in fine,ff.eod.ibi. *Neue plus doni muneriſq. in anno accipiat,quā quod sit aureorū centū*, Cyn.in d.l.1.n.4.vers. & tunc potest in centū aureorum, C.eod.& ibi etiā Angel.ante finē Alber. in l. 2. sub n. 3. ff.de cōd.ob turp.caus. glo. in c. nō licet in glos.mag.in fi.11.q.3.Paris.de Put. de synd.in verbo corruptio,c. 3. n.2.in fi.Boer.decis.153. n. 25. in fine Neuiza. in sylua nuptiali lib.5.rub. quomodo judicandū in dubio n.99. Boss.in d.tit.de official. corrup. sub. n.3.Menoch.de arbit.casu 317.nu.4.
94 sed hodie videtur non licere Iudici vllo modo ex ceusa amicitiæ aliquid accipere præterquam esculenta secūdum Angel.in l.1.in fi.C. ad l.Iul.repetund.per tex.in auth. vt Iudic. sine quoq.suffrag. & scriptum & l. scriptum cl. 2. Paris.de Put.in dict. verb.

corrup-

corruptio cap. 3. num. 3. in fin.

95 Quadragesima octaua ex proximè dictis infertur, quod excusatur Index seu officialis si esculenta, & poculenta receperit ab amicis secundū Bart. in l. lex julia. §. apparet, num. 2. ff. ad l. Iul. repet. Angel. in l. 1. in fine vers. (aluo nisi accipiant esculentū) C. eod. l. solet. §. non vero in princ. & in fine ff. de officio proconſ. vbi huiuſmodi eſculenta. & poculenta, xenia vocantur dicturq. quod appellatione munerum non veniunt Alber. in l. plebiſcito ff. de officio. præſidis n. 1. in fin. declarat, quod ſcil. eſculentum, & poculentum, & dicitur eſculentum, quod editur, & poculentū quod bibitur Iodoch. in pract. criminal. cap. 130. rub. de corrup. num. 9. vbi exemplificat in lepore, cuniculis, capis perdicibus, pizonibus, phaiſanis, mullo, lupo, lucio, murena, ſturione, ſalmone, aut variis viuorum generibus, & facit tex. in cap. ſtatutum. §. inſuper in illis verbis niſi forſan eſculentem vel poculentem

98 de reſcrip. in 6. & ibi gloſ. Quæ reddit rationem quare licitu eſt Iudicibus, & officialibus, eſculenta, & poculenta recipere. Quia nō eſt veriſimile. Quod propterea Iudicis animꝰ à recto tramite commoueatur. Sequitur ibi Archidia. poſt n. 12. Boer. deciſ. 153. nu. 4. Boſſ. in d. tit. de official. corrup. num. 3. verſic. Aduerto quoq. Menoch. de arbitr. d. caſu 327. n. 5. & ſeq. Viui. deciſ. 113. in princip.

97 Et prædicta maximè procederent, quando dicta eſculenta, & poculenta ſunt moderata, & data mera dantis liberalitate, prout bene probat tex. in dict. cap. ſtatutum §. apparet ibi *merita liberalitate oblatum* de reſcrip. in 6. Quia offerentis liberalitas ſuſpicionem tollit prout vice verſa ceſſante ſpontanea oblatione arguitur ſuſpicio. Turrecrem. in cap. vendentes num. 5. 1. quæſt. 1. Gondiſal. de Villa. Dieg. in tract. de hæred. quæſt. 8. num. 9. Boer. dict. deciſ. 153. nu. 29. Viui. d. deciſ. 113. nu. 8. Menoch. de arbitr. ceſu 342. n. 35. & ſeq. vbi quod eſculenta, & poculenta egregij valoris recipere non licet, modici autem valoris ſic, & caſu 317. n. 3. & 22. vbi bene explicat in quibus conſiſtat moderamen in receptione eſculentorū, & poculentorū, & Viui. d. deciſ. 113. n. 11. & 12. affirmat moderamē conſiſte re dummodo in toto anno eſculenta & poculenta non excedant ſummam

98 centum aureorum. Apud nos autem extat Regia pragmatica ſereniſſimi Regis Ferdinandi 2. datt. 17. Septembris 1479. c. 62. ſub tit. de coſas prohibidas als officials in 2. vol. Conſtl. pag. 51.ª in qua ptohibetur Cancellario, Vicecancellario, Regenti Regiā Cancellariam, Doctoribus Regij cōſilij Theſaurario Prothonotario, Secretarijs, ſcribus mandati, & rationīs, & illorum Locatenētibus, & alijs quibuſcunq. cuiuſcunq. præheminentiæ, & dignitatis exiſtant: ne directe vel indirecte recipiant ab aliquo munera: niſi eſculenta, et poculenta: quo rum valor non excedat ſummam quinq. floreonorum, aurei, & in toto anno non liceat, niſi ſemel tantum ab eadem perſona, vſq. ad dictum va lorem recipere quæ pragmatica ſum ma cum rectitudine in Cathalonia obſeruatur.

96 Quadrageſima nona, excuſatur Iudex, & Officialis, licet perſonaliter non ſeruiat officium, quando ex conſuetudine receptum eſt, quod poſsit illud ſeruire per ſubſtitutum, Bar. in l. nemo eſt qui neſciat, ff. de duob. reis idem Bar. & Bal. obſeruare, ff. de officio Proconſ. & legat. Caroc. de locat. q. 2. tit. de merced. remis n. 19. fol. 7. Ial. in l. certi condictio. §. ſi numeros, n. 12. ff. ſi cert. peta. Aſſict. deciſ. 22. Crauit. ſup. ritib. mag. curiæ Ritu 3. ſub num. 20. Capic. deciſ. 151. num.

20.

3. sub num. 20. Capic. decis. 151. num. 20. talis enim consuetudo excusat a pæna in syndicatu maxime stante facto prædecessoris secundum An-
122 char. in cap. cum venerabilis de consuetut, Alex. cons. 8. num. 9. libr. 5. & cons. 233. n. 13. lib. 6. Iosep. Cumia. de syndi. c. 17. nu. 6. & similiter excusa-
123 tur in casu infirmitatis: quia tunc durante infirmitate poterit impune per substitutum deseruire, vt voluit tex. in l. 2. C. de officio ejus qui vic. ger. l. 1. ff. de officio ejus, vbi Alex. & Angel. in authen. vt cler. apud prop. Episc. coll. 6. Azeued. in l. 4. lib. 3. tit. 9. n. 5. Et etiam quando pro seruitio Regio officialis est recessurus, nam durante absentia potest alium substituere, talisq. absentia necessaria dicitur dict. l. 2. C. de officio ejus, qui vic. ger. Crauit. dict. Ritu. 3. numer. 20. & similiter excusatur quando a Principe habet potestatem seruiẽdi officium suum per substitutum l. nullus, C. de decurion. libr. 10. vel aliter licentiam habet à Prorege, alioue superiore, l. 1. C. de proposit. agent. in reb. libr. 12. Andr. in §. firmiter, numer. 33. de prohib. feud. alienat. per Federic. vel ex lege vt dixit Auiles in cap. 4. Prætor. verbo justitia, numer. 1. cum sequeut fol. mihi 103.

124 Quinquagessima excusatur Officialis, qui litigantem statim mulectauit quando ipsi Iudici verbalem injuriam intulerit Dyn. in l. 1. §. explicatores, ff. de effect. & expilat. Amod. de syndic. n. 255.

Quinquagessima excusatur Iudex jurisperitus, & maxime doctrinæ si aduocatos reorum, non audit Amodeu. de syndicat. numer. 248. versicul. item non tenetur Iudex, etenim ex causa potest. Iudex denegare Audientiam capit. in nomine Domini 23. distinctione. Caualcan. de Brachi. regal. part. 5. numer. 216. qui plures casus refert in quibus impune per Iudicem denegatur Audientia, licet aliàs tenerentur, & posset vti dolosus puniri maximè vbi ex abrupto procederetur, Salicet. in final. numer. 3. C. de pæn. judic. mal. judic. vbi allegat, text. in l. argentarius §. cum autem, ff. de edend. & ibi Bald. in rubr. numer. 8. Rondin. de syndic. num. 168. subdens, quod puniri debet ac si sperneret defentiones innocentiæ, & teneretur actione in factum Paris. de Put. de synd. in verbo allegationes.

Quinquagessima prima excusatur Iudex qui etiam sine causæ cognitione aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit secundum glo. in l. puto in verbo apud se ff. de postu. Bertaz. cons. 321. num. 4. lib. 1.

Quinquagessima secunda excusatur officialis si per modicum tempus stante publica vtilitate priuaret dominum re sua Gabriel, in titul. de jur. quæst. conclu. 2. numer. 7. quem refert, & sequitur Carpa. super stat. Mediol. c. 40. n. 33.

Quinquagessima tertia excusatur Iudex si ob breuem instantiam terminos cumulauerit Put. in verbo instantia syndicatus, cap. 6. per tot. vbi multa ad excusationem iudicum adducit, & ibi num. 2. dicit, quod propter breuem instantiam potest Iudex omnes terminos cumulare, & statuere terminum, ad articulandum, ponendum probandum, & probatum habendum, instrumenta producendum, excipiendum, & replicandum per tex. in l. properandum, C. de judic. & ibi DD. Caual. de Brach. regal. p. 5. nu. 172. Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 10. n. 139.

Quinquagessima quarta, excusatur Officialis, seu Iudex, si erraue-

125

uerit ex causa rationabili, iuxt. glo. in cap. temerarium 11. q. 3. Amod. de synd. num. 249. vers. simili modo errans enim ex causa probabili non tenetur in syndicatu Put. de syndic. in verbo iudicare, cap. 3. num. 4. maxime si est error communis Caual. de Brach. reg. par. 5. num. 248. nam quelibet causa etiam colorata excusat Iudicem à syndicatu pulchre Bess. in titul. de decret. Mediol. vtnon proceder. cri. n. 19. & in hoc proposita ad excusandũ Iudicẽ. Vide Fari. de car. n. 27. vbi multa dicit, & q. 31. nu. 18. itaq. iudex ex rationabili causa errãs excusatur probat Mastril. in d. tract. de magist. lib. 5. c. 10. n. 60. Berta. cõs.
113 81. lit. C. lib. 1. Quinquagesima quinta excusatur officialis si cõcubinã detinuerit in loco administration. iux. text. in l. fi. ff. de cõcu. Amod. de synd. n. 253. vers. Item non tenetur Fari. de Put. in co. trac. in verb. adulteriũ officialis, n. 8. et 11. Rosing. 487. Raud. cõs. 50. n. 19. Boua. li. 5. c. 3. n. 126. & se-
114 Deci. li. 8. c. 36. n. 30. Pet. Gre. in syn. iu. 3. p. lib. 47. c. 32. n. 28. vbi dicũt ratione esse ne prouincialibus molesti
115 esset hoc tũ mali, ac pessimi esset exempli vnde ab eis absti nẽdũ consuluit Aui. in c. 47. Prat. glo. maceba publica n. 5. fo mihi. 243. inquit enim ibi, quod nec ex ab hoc peccato recedat, & cã nõ habeat: quia vt dicit Bal. in l. 2. § & cũ placuisset, ff. de orig. iu.
116 amor puellarũ subuertit rectum iudicium, & Ioan. Andr. in c. quorundã de electio. in 6. nouella dicit, q. nõ solum manus Prætoris à pecunie lucro sed etiam oculi à libidinoso aspectu
117 continentes esse debẽt. Et propterea in statu Ecclesiastico ex constitutione Nicolaij 5. incurrunt pœnam priuationis officij, & de cætero declarãtur inhabiles ad ea obtinenda, vt refert Bajar. ad Clar. in § fornicatio, n. 5. Farin. q. 137. n. 39.
118 Quinquagesima sexta, excusatur

Iudex inferior si iudicando sequutus fuerit exẽpla superiorum: nam licet exẽplis iudicandum non sit l. nemo, C. de sentẽ. tũ exempla principum plurimum mouent, cap. in causis de sententen. Felyn. in rub. de rescrip. vbi Deci. in prin. Socin. in tract. fallent. reg. 225. in prin prima fall. quãdo autem casus est dubius tunc bonum est aliorum sequi exempla Socin. loco prædicto in 3. fallent. Sylua. nuptial. lib. 5. n. 26. Cæp. cons. 25. n. 16. et hinc dicitur q. quãvis exẽpla nõ obligent tamen non reprehenditur Iudex, qui aliorum secutus est exempla Neuiz. d. lib. 5. n. 62. in fi. Cæphal. cõs. 96. n.
119 24. solis de cens. lib. c. 3. n. 1. li. 1. tom. 2. Quinquagesima septima excusatur Iudex seu officialis exequendo mandatum Principis, etiam iniustũ, vt not. Paris. de Put. de syndic. verbo familiaris in versicul. miles potestatis, quem refert, & sequitur Socin. Iun. cons. 92. num. 8. vol. 2. Natta cons. 625. nu. 7. vol. 3. Alex. Raud. post multos cons. 49. in 129. Mascar. concluſ. 1135. Tuscus concluſ. 101. in verbo officialis Flam. Cart. de exequut. capto § fin. num. 227. cum seq. Et huius conclutionis ratio colligitur, ex tex. in cap. in cap. in memoria distinctione 8. & in cap. quamuis de pœn. dist. 3. quibus probatur
1120 Principis mandato quamuis duro obediendũ esse, nec illi replicari posse, cur ita faciat? Et licet Princeps erret talis tũ error facit ius, quia, quod Principi placuit legis habet vigorẽ, l. 3. § final. ff. de adimen. lega. § sed
121 Principi inst. de iure natu. gent. & ciuil. gesta enim per Principem legitime gesta præsumuntur, l. ex facto. ff. de vsuf. Nec inferiori competit auctoritas discutiendi de ratione, nam sufficit dicere: Ita Princeps vult. Ex quo ratio suæ voluntatis est in mente retenta, & iusta præsumitur, l. dubium non est, C.

de

de repud. l. humani, C. de legib. Maſcard. de proba. concl. 1135. nu. 1. & ſeq. vbi iſto caſu pro excuſatione Iudicis, & officialis reddit ratio-
122 nem generalem: quia ſcilicet Officialis aliquid faciens iuſſu Principis nõ ſponte: ſed neceſſarie facere præſumi-
123 tur, iuſſus enim ſuperioris præſupponit ſeruilem neceſſitatem, l. liberto in prin. ff. de hæred. inſt. l. atqui natura. §. ſi libero homini, ff. de neg. geſt. Gram. deciſ. 36. numer. 83. Verum licet prædicta vrgere videantur cæterum meo Iudicio, ni fallor arbitror non teneri Iudicem ſeu officialem obedire Principis, ac ſuperioris præcepto iniuſto ex text. in cap. ſi dominus 11. quæſtione 3. dum ibi dicitur, ſi bonum eſt, quod præcipit Imperator, & Præſes, jubentis obſequi veritati. ſi vero malum reſpondere ei, illud de actibus Apoſtolorum.

Obedire oportet magis Deo, quam hominibus: facit, l. reſcripta, C. de præcib. Imp. offerend. qua cauetur reſcripta Principum contra jutis diſpoſitionem obtenta debere à judicibus refutari l. quoniam Indices, C. de appellat. l. per hanc, C. de offic. diuerſ. judic. & l. 1. in fine, C. de præpoſ. ſacri ſcrinij. Quibus cauetur Officiales debere ſuo ſuperiori reſiſtere, ſi injuſta agat, Iaco-
124 Nouel. reg. 47. in 2. fallen. vbi quod Officialis non debet obedire mandatis ſuperiorum obtentis contra leges, & Canones, Neuiza. in ſylua nuptial. libr. 6. num. 48. & ſequent. vbi latiſsimè hanc exornat opinionem, Monticel. reg. crimin. 6. num. 13. Roland. conſil. 12. num. 80. & ſeq. lib. 3. Vitii opini 638. numer. 7. & 9. & ſequent. Fiumi Contra. de exequut. ſenten. vbi licet plura in vtramque partem afferat: in hoc tamen reſidere videtur ſententia tanquam com-
125 munioni, & veriori. Ideoque ali caſu melius eſt vt judex pro ſuæ conſcientiæ exoneratione renuntiet officio, quam injuſtum præceptum exequatur ſecundum Felyn. in cap. conſanguinei, num. 8. de re judic. Marſil. in l. 1. num. 133. ff. de ſycar. & in l. 1. §. ſi quis vltro num. 51. in fine, ff. de quæſtio. Neuizza. in ſylua nup.
126 lib. 6. num. 50. in fine adducens inter alia melius eſſe pro veritate pati ſup plicium, quam pro adulatione beneficium Boſſ. titul. de homicid. num. 96. in fine Roland. conſ. 12. num. 83 & num. 86. in fine lib. 3. late Auile in capit. 1. Prætor. glo. mandamos numer. 14. & ſequent. fol. mihi 47. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 3. capit. 4.
127 num. 256. cum ſequent. Vnde videtur quod ſuper his ſic diſtingui poterit quod ſcilicet hæc ſecunda opinio procedat quando Principis, ſeu ſuperioris præceptum eſt aperte injuſtum, tunc enim non tenetur Iudex obedire, & obediendo non excuſatur. Quando vero eſt dubium an illud ſit juſtum, vel injuſtum eo caſu tenetur Iudex, & quilibet alter inferior obedire, & exequi ex quo in dubio præceptum præſumitur juſtum, & ex juſta cauſa factum, tex. in cap. quid culpatur in fine 23. quæſtione. 1. glo. in capit. 2. in verbo more, ad finẽ de maio. & obed. Cyn. in dict. l. reſcripta, numer. 11. C. de præcib. imper. offeren. vbi ampliat, quod hæc præſumptio non admittit probationem in contrarium. Abb. conſil. 84. num. 7. part. 1. Felyn. in capit. quę in Eccleſiarum numer. 60. de conſti. Sum. Sylueſt. in verbo judex el. 2. q. 6. in fine Boſſ. d. tit. de homic. num. 98. Cephal. conſ. 110. numer. 31. & ſeq. lib. 1. vbi quod hoc omnes fatentur Iacob. de Graff. in ſuis deciſion. libr. 2. capit. 10. num. 24. part. 1. cæterum in omnem euentum tutius procederet Iudex. qui vidit mandatum Principis

iniustum vt non exequatur, & interim consulat atque rescribat Principi, & ab eo expectet secundam iussionem, & etiam post expectet per dies triginta, vt in l. si vindicari, C. de pœn. præsertim quando præceptum continet exequutionem mortis alicujus, non enim de morte hominis cunctatio sera est dicit, tex. in cap. si quã
129 do de rescrip. vbi eam reddit rationem, quia quandoq. Princeps male informatus rescribit, & ibi Fely. in verbo supersederi, n. 2. & 3. pluribus hanc exornat conclusionem, text. in auth. de mand. prin. §. si quis autem, & ibi glo. in verbo nuncians, Paris. de Put. de syndic. in verbo tortus c. 3. incip. mandauit Rex n. 2. & in rub. de exas. consiliar. c. 1. incip. excedunt consiliarij, n. 11. Iacob. de Graff. lib. 2. d. cap. 10. n. 21. quæ nota: quia ad multa adaptari possunt.

130 Quinquagessima octaua excusatur Magistratus seu officialis. Etsi cõtrahat in loco administrationis cum suis subditis dummodo contrahat palam, vel ex licentia Principis, & sine oppressione, vel quia in loco vbi administrat extat consuetudo cõtrahẽdi vt bene hæc omnia probãtur, per tex. in l. præsides, ff. si cert. petat. l. si per impressionẽ, C. quod. met. caus. l. 1. C. de contract. Iudicis, l. principalibus, & ibi Bar. Pau. Alex. & Ias. ff. si cert. per. quos & alios refert, & sequitur, Auil. in c. 2. Præter. glo. de mercaderias, n. 1. ad mediũ, & n. 20. 22. 23. 27. & seq. fol. mihi 79. vbi plures alios casus refert in quibus tam officiales perpetui quam temporales durãte administratione officij impune contrahere possunt quos per te ipsum videre poteris.

131 Quinquagessima nona excusantur Thesaurarij, ex alij officiales pecuniarij, pecunias Regias, vel publicas in proprios vsus conuertentes, si cas suo periculo receperũt, & hoc expresso pacto illis traditæ fuerunt vt eorũ periculo custodirent: quia tali casu eis vtẽdo, & in proprios vsus cõuertẽdo pœnã nõ incurrunt. Vt tenet Ioan. Fabe. in §. item, l. Iulia inst. de pub. jud. Greg. Lop. in l. 14. tit. 14. p. 6. verb. mientra estuuiesse, Decius cons. 6. Escob. de ratiocin. c. 14. n. 30.

132 Similiterq. excusãtur dictas pecunias in alios vsus cõuertentes postquam publicæ indigẽtiæ est prouisũ, Alex.
133 Raud. cons. 50. n. 464. & n. 469. vbi ꝙ Thesaurarius habẽs pecunias publicas pro soluendis stipẽdijs Doctorũ, & militũ licite potest mutuare illas pecunias: sine licentia superioris Doctoribus, & militibus indigentibus libris, armis, & æquis: vt valẽãt meliꝰ officiũ eorũ excercere, allegat Rippã de remedijs ad conser vberta n. 19.

134 Sexagessima excusantur similiter officiales pecuniarij si ignorãtes in crimẽ peculatus inciderẽt, vel dolus non interuenerit, Iux. tex. in l. 1. in fi. ff. ad l. Iul. pecul. vel quia se debitores declarẽt Decian. lib. 8. c. 32. n. 6. dens idẽ esse si pecuniã in certũ vsũ designatã in alios etiã Reipublicæ causa consumsisset credens id sibi licere, Curt. Iun. consil. 19. num. 3. cum sequent. quem refert, & sequitur Mastril. de Magistr. lib. 5. cap. 10. nu. 29. & 30.

135 Sexagessima prima excusantur consiliarij, & administratores Reipublicæ, quando aliquid modicum dederint in sequendo consuetudinẽ terræ iux. tex. in c. cæterũ de donat. ibi, *Datæ rei quantitas, & illius terræ consuetudo, est diligentius attendenda.* Cui enim libera conceditur, censetur permissa nonatio, quæ fieri consueuit. vt tenet Ioan. Gartia de expensat. capit. 20. numer. nono.

136 Sexagessima secunda, similiter dona-

liter donationes modicæ factæ a De curionibus alijſq. adminiſtratoribus Regni, vel Reipublicæ nuntijs, qui nuntiauerunt bonum euentum belli Principis, primogeniti natiuitatem & ſimilia excuſant ipſos adminiſtratores: quippe poteſt Reipublica, & illius adminiſtratores ſeu conſiliarij & Iurati ſimilibus nuntijs in remunerationem publicæ letitiæ allatæ aliquid arbitrio ſuo donare, vt in l. 1. C. publicæ letitiæ per quem tex. ita tenet, Bar. in l. ambitioſa, n. 2. ff. de decret. ab ordine faci. Plat. in l. penult. C. de curſ. publica Auend. de exequ. mand. Regijs 2. p. c. 10. n. 11. Auiles in
137 c. 30. Prætor. glo. alegrias, vbi n. 9. dicit, quod hoc an modicum, vel immodicum datum ſit arbitrio Iudicis ſit relinquendum, & idem voluit, Menoch. de arbit. caſu 195. n. 4.
138 Sexageſima tertia Decuriones, ſeu conſiliarij vniuerſitatum excuſantur, quando dederint alicui alteri Decurioni, ſeu conſiliario pauperi aliquid pro ſuis alimentis de bonis communibus, maximè quando talis decurio laborauerit in ſeruitio, & negotijs Reipublicæ, & ad egeſtatem peruenerit: nã tunc proculdubio poſſunt eidẽ alimenta de publico erario donari ex tex. in l. decur. ff. de decur. ibi, *Decurionibus facultatibus laſſis, alimenta decerni permiſsũ eſt, maxime ſi ob munificentiam in patria patrimonium ex hauſerint*: & hanc ſententiam tenuit per iſtum tex. Auil. in c. 1. Prætor. glo. ſalario n. 8. curia piſana lib. 2. c. 18. litera T. Menoch. lib. 1. de arbitra. caſu 46. n. 3. & licet Auenda. de exeq. mand. d. 2. p. c. 10. n. 11. dixerit ſe hoc nunquã in praxi receptum vidiſſe: tamẽ prædicta ſententia vtiq. iuri, & rationi conſentanea eſt. Sicut enim libertus, & Eccleſia, patronos ſuos egenos alere tenentur, l. ſi quis aliberis §. ſolent
139 ff. de lib. agnoſcend. Lambertti de jure patron. 3. q. principali lib. 3. art. eodẽ modo reſpublica pauperem decurionem propter eius ſeruitium exinanitum, & de pauperatum alere tenebitur, & ita reſoluit Iara de alimentis in dict. §. ſolet per tot accedit huic ſententiæ quod diſcipuli magiſtrum pauperem alere tenentur, vt de Sabino Iureconſulto refert Ponpon. in l. 2. col. fin. verſ. huic nec ample, ff. de orig. iuris quod late tradit Pet. Surd.
140 de aliment. q. 53. fol. 51. Hinc etiam legitur, quod officiales qui ita diu Principi inſeruierunt, vt in illius ſeruitijs inſenuerint, conſequi ab ipſo debent ne in ſenectute ipſa egeant, l. lucius, ff. de euictio, ibi, *Veteranis in præmiũ aſsigna*, Alciat. de præſum. reg. 3. præſump. 19. Alex. R. aud. conſ. 5c. n. 465. Menoc. de præſump. lib. 2. præſump. 86. n. 14. in fine.
141 Sexageſimo quarto licet ſyndicus vniuerſitatis mayordomus aut maſarius illius non poſſit debita ciuitatis ſoluere niſi de mandato prioris, & procerum, vt dicit Bar. in l. quoties notab 3. ff. ad municip. Bald. de Vbal. in tract. de conſtitutio. num. 5 vol. 1. Bal. in Rub. C. de conſt. pecun. vbi quod officialis publicus non poteſt ſoluere vnum nummum ex quitate ſui capitis Auil. in cap. 30. Præglo. libramiento verum huiuſmodi
142 ſyndici ſeu officiales ciuitatuum excuſantur quando quantitas per eos ſoluta eſſet parua ſcilicet vſq. ad quantitatem ſex regalium, & ita tenuit Auiles in loco ſupra citato num. 7. veſicul. ſed conſuetudo quinimo etſi ſoluiſſent vſque ad quantitatem duorum ſcutorum, & expenſa recte facta fuiſſet hoc eſt in re ciuitati vtili, ſolutio illa abſq. liberatione facta eſſet: tunc enim talis ſolutio jure facta dicitur: quia quantitas duorum ſcutorum reputatur parua, & modi-

ca, l. si quis affimauerit. §. fi. cum l. se-
sequenti, ff. de dolo, ibi id est vsq. ad
duos aureos glo. in l. hactenus, ff. de
vsufruct.

Sexagessima quinta, excusantur
Decuriones ac Regni deputati pro-
mittentes dare aliquam pecuniæ quã
titatem reuelanti, vel capienti ma-
lefactorem. Quia licet regulariter de
bonis, seu pecunijs communibus da-
143 re non possunt, vt sepe dictum est ve
rum quantitas in hoc expensa eis ex
cusationem tribuit ita Bar. in l. 1. nu.
3. ff. de justit. & jure, vbi Ias. n. 11. Aui-
in cap. 1. Prætor. glo. salario, num. 6.
Menoch. lib. 1. de arbit. casu 46. n. 2.

Sexagessima sexta, vtilis etam est
probatio meritorum ipsius officialis
in Priucipem, vel Rempublicam: nã
quãdoq. remittitur pœna ei, qui mul
tum seruiuit Principi, vt dicit glo. in
§. planè in verbo ob meritũ, inst. de
144 iur. nat. gent. & ciuil. quæ in hoc ab
omnibus approbatur, vt ait Gram.
cons. 29. post n. 40. & nedum ipsius
officialis seruitia verum etiam præ-
decessorum suorum plurimum suf-
fragantur ad pœnæ extintionẽ iuxt.
illud, quod legitur lib. 3. Reg. cap. 11.
de Rege Salamone, qui cum in ma-
ne illud admssiisset scelus. vt mille
mortibus dignus haberetur propter
Dauid tamen se Dominus Regnum
eius integrum relinquit, quia non
custodisti præcepta mea scindã reg
num tuum, & dabo illud seruo tuo:
veruntamen in diebus tuis non fa-
etiam propter Dauid patrem tuum.
Hinc etiam cautum est in iure, quod
parcendum est ei qui fidelissimè ser-
uitia præstitit, vt in l. 2. §. postea cum
Appius, ff. de orig. iur. & l. non om-
nis §. fi. ff. de re milit. late Tiraq. de
pœn. tempera. casu 49. Bouadil. lib.
5. cap. 1. n. 158. & 159.

Sexagessima septima excusantur
Iudices propter consuetudinem judi
cantes contra legem, vt scripserunt
Bar. in l. 1. in fi. princip. ff. quod quisq.
iur. Ias. in l. singularia, n. 48. ante finẽ
ff. si cert peta. Marsil. cons. 90. n. 15. in
145 fine, & cons. 100. n. 16. Blanc. in prac.
crim. §. secunda pars defentionis, n.
20. Tiraq. de pœn. temper. casu 42.
nu. 10. cœterum in Cathalonia hæc
defentio parũ prodesset quando con
suetudo esset contra Constitutiones
Cathaloniæ cum talis consuetudo nõ
valeat contra constitutionem, & abu
sus dicatur: vt tot. titul. de obseruar
146 constitut. pag. 44.

Sexagessima octaua, quia in hac
ciuitate Barcinone, alijsq. mundi par
tibus existunt curiæ mercatorũ, quo
rum Iudices sunt, consules, & proce-
res, qui super negotij, & factis mercã
tilibus sepe iudicare solent, qui pari-
147 ter obnoxij sunt huic censuræ visita
tionis, ideo te sire oportet: quod tales
Iudices excusantur in syndicatu, etsi
inter partes procederent, & judicaue
rint absq. litis contestatione, & omis-
sis solemnitatibus, ex eo quia in simi
libus curijs, illarum Iudices, ex bono,
& æquo, & sola facti veritate, atten-
ta iudicare, & cõdẽnare possunt, iux.
doctrinã, Bart. in l. si fideiussor. §. quæ
dam, n. 1. & in l. quintus, ff. mandati
asserens in curia mercatorum debe-
re iudicari ex bono, & æquo omissis
juris solemnitatibus, & nimia subti-
tate, & ideo judicem mercatorũ con
demnare posse reum, etiã omissa litis
contestatione, & idem facere posse,
quoties actor intentauit directam a-
ctionem cum tantum vtilis actu cõ-
peteret, nam his casibus, quia in curia
mercatorũ istæ juris subtilitates non
attenduntur, sed ex bono, & æquo so
la facti veritate attẽta judicatur, talis
Iudex mercatorum reum condemna
re poterit, etiam si actor istas solem-
nitates non seruauerit, & hoc ipsum
docet Beneuen. in tract. de decocto.
quomodo in causa mercato. proced.
sit n. 1. & 5. fol. 408. Alex. cõs. 41. n. 3.
volu:

vol.3.Paris.cons.82.n.20.vol.1.Soci. cons.94.n.6.vol.3.Ias.cons.82.vol.1. Fulgo.cons.7.Paris.cons. 88.n. 3. & 4.vol.1.& Philip.Decius in l.in omnibus n.3.ff.de reg.iur.& in l. si tibi pecuniam,de reb.credit.

Et hinc est,quod ex quo in curia mercatorum ex bono, & æquo proceditur,& sola facti veritas attēditur Iudex ipse mercatorum ex pacto nudo,& promissione sine causa à mercatore facta iudicare potest,mercatoremq.promittentem ad obseruationem pacti nudi compellere debet, vt docet Bar.in d.l.quintus,n.1.& ibi addit,ff.mandat.& in l. fideiussor ad fi.ff.de fideiusso.& Bal.in l. si pro ea col.fi.n.14.C.mandat.& Salice. in l. placuit,& ibi Alex.n.3.C. de iudic. Bal.cōs.400.n.10.vol. 5.& cōs.466. n.4.eod.vol.Beneuen.in tract.de decocto.tit.quomod. in causa. mercat. proced.sit n.6,fol.412.& Marc.Blanc in tract.de comprom.num.43.

Vnum tamen super his est animaduertendum,quod etsi Iudices,& consules mercatorum de plano,& sola facti veritate inspecta procedere,& iudicare possint,nihilominus in casib⁹ in quibus testium dicta reciperēt,tenentur ea in scriptis suscipere, quia facultas illa,quæ Iudicib⁹ datur,quod sine scriptis, & de plano procedere possint,intelligitur circa,ea quæ respiciunt ordinem iudiciorum,& solēnitatem eorum,non autem circa ea, quæ respiciunt probationem, & dicta testium,& causæ decisionē, quia hæc in scriptis suscipi debēt aliter in syndicatu puniri possent, ex notatis p Anto.de But.in c.Quintavallis de iur.iura.Are.cons.163.vers.vnde etiā Aymo.cons.265.n.4. & sylua cons. 17.n.9. Ruin.cons.68.n.14.vol.1.Socin.cons.46.n.43.& 45.vol.4.Petr. Moli.in sua pract.iud.statim in prin. fol.1.col.2.in fi. & Rom.in l.sciendū n.64.& 65.ff.de verbo oblig.

Sexagessima nona,licet supra in c. 19.diximus notarium teneri instrumenta conficere:si a parte fuerit requisitus nihilominus excusatur talis notarius, qui instrumentum testificari,& recipere recusauit,primo quando ipse erat valde occupatus in alijs negotijs,vt ita docet Bar.in l.1 §.1.& Alex.in addit,ff.de fur.aduers⁹ naut. cap.stabul.per tex.in auth.de thabellio.§.& non fingant, & idem asserit Bar.in l.generali,C.de tabul.lib. 10. & Bar.Angel.Paul.Alex.et Ias.in l.si duo.§ fi.ff.si quis cautio. & Boer. in addit.ad Din.in reg.non est sine culpa,ff.de reg.iur.& in consuet. Bitur. tit.de iurisd.omns. iudic.§.6. glo. 1. post princip.

Secundo excusatur.quando actus esset vsurarius, vel alias prohibitus existeret,quoniam eo casu notarius, illud instrumentū recipere no tenetur,imo si illud conficiat extraordinarie puniri poteri, vt docet Bar.in l.1.n.2.ff.de peti.bono.subla. lib. 10. quem refert, & sequitur, Angel. in tract.de malef.in verb.falsari⁹,n.46. & Felin.in c.vt aduersus in prin. de hære.Meno.de arbi.casu 381.n.31.Nauar.in manual.c.25.n.52.& addit ad sum.Ange.Clauas.in verb.Tabel.n. 5.& ibi Silues.n.2.& 7.Hippoli in l. si sciente n.6.ff.ad l.Cornel.de Parricid.& Guid.decis.433. & Hippolit in singul.181.ad fin.

Sexagessima similiter licet sepi⁹ dixerimus Magistratus,& Iudices teneri in syndicatu quando Bannitos remitterent illisq.gratiam,& remissionem delictorum fecerint, cum eis solum permissum sit secundum legū virtutem innocentes absoluere, & delinquentes punire, & nullatenus pœnas remittere, nec indulgentias concedere, quia ad hoc mandatum iurisdictionis non extenditur, l. pœnam,C.de pœnis c. irrefragabili de officio iud.ordin.l.preses,C.de transactio,

factio. auth. vt jud. sine quoquo suffrag. §. eos autem, &. §. quod autem in auth. vt Iud. non expect. sacr. iussi. & §. omnibus in auth. de Iudicibus Afflict. in tit. quæ sint regalia in verbo pœnarum, n. 17. quæ maxime prohibentur, cum huiusmodi remissiones delictorum fierent post sententiam, ex tex. in l. 1. §. si quis vltro, ff. de quæstio, vbi habetur, quod si Iudex condemnauit aliquem ad mortem, & post. sententiam constiterit de innocentia condemnati, non potest illum absoluere, & suam sententiam reuocare nisi Principe cõsulto, & ibi hoc not. Bar. & cõmuniter DD. teste Anto. Gom. tit. de exilio, & relegatione, n. 4. in fi. & in tit. de tortura n. 33. ad fin. & multo minus tales remissiones prohibitæ censentur, quando fierent de homicidijs animo deliberato cõmissis, quia de ipsis nullatenus remissio fieri potest, cum eorum pœna de jure diuino, & tam ex veteri, quam ex nouo testamento sit mortis, vt legitur in lib. Genes. cap. 9. vbi Deus sic ait. *Quicunq. effuderit humanum sanguinẽ, fundetur sanguis illius*, Et in Deut. c. 19. *dicitur mo rietur non Misereberis eius.* Et in Exod. c. 21. in c. Hæc sunt judicia &c. *Qui percusserit hominẽ, vo lẽs occidere morte moriatur, si quis per industriam occiderit proximũ suum, & per insidias ab altero meo euelles eũ vt moriatur*, Et in Apoc. D. Ioann. cap. 13. incip. vidi de mari bestiam. &c. *Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*, Et in Matth. Euang. c 26. *omnes enim qui acceperint gladiũ gladio peribũt*, pro vt hæc, & alia similia in proposito ad detestationem tanti criminis traduntur per Bernar. de Plot. consil. crim. diuers. 133. n. 5. vol. 1. Rola. cons. 12. n. 20. & seq. vol. 3. pract. Contrad. p. 315. n. 1. & seq. Placha in epit. delic. cap. 10. n. 1. vsq ad n. 5. vbi latissime, & alibi sepe DD.

153 Nihilominus excusantur dicti Magistratus, & Iudices in syndicatu, quãdo a Principe haberẽt in specie concessam facultatem remittendi banni tos, illiq. gratiam delictorum concedendi, secundum Bar. in l. ambitiosa num. 7. versicul. sciendum est ergo ibi, *Nisi hoc sibi expresse permiserit populus*, ff. de decret. ab ord. faciend. Socin. sen. cons. 83. n. 3. lib. 4. Menoch. de arbit. q. 93. n. 7. & 8. Farin. q. 6. tit. de inq. d. 13. & 14. vbi post multos quos allegat probat quod Iudices ordinarij possunt bannitos rebannire, & remittere dummodo id faciant ex magna, & legitima causa, sed vt cautius consultum sit remisso consulit, quod conueniens est, vt similes remissiones fiant consulto superiore, vt ibi per eum latius videre poteris.

154 Septuagesima prima, licet fuga officialis, & Iudicis tempore syndicatus faciat contra ipsum semiplenam probationem adeo quod isto casu fuga iuncto iuramento partis facit plenam probationẽ: vt probat text. in auth. de colla §. super hoc Paris. de Put. de syndi. in verbo fuga officialis, c. 1. n. 1. & c. 2. incip. Iudex vel officialis n. 5. Brun. de indit. p. 1. q. 11. in fine a vers. aut nõ est reductus Viui. in com. opinio. post verbum fugiens Clar. in pract. §. fi. q. 21. vers. præterea etiam, Bossi. de official. corrup. n. 16. Duen. reg. 389. in prima limit. in fin. Mascard. de probat. concl. 821. nu. 2. lib. 2. & concl. 498. n. 13. & cõcl. 166.

155 n. 1. & 2. lib. 1. Cæterum a dicta fuga excusantur officialis, seu Iudex quando aufugeret propter timorem, quẽ habebat visitatorum, seu syndicatorum

rum: qui erat sui inimici, & volebāt defacto ipsū carcerare, vel aliud grauamē inferre tūc enim illius fuga ex quo est causata à justa causa nullam inducit probationem, vt per Paris. de Put. de synd. in verb. fuga officia-
156 lis, c. 2. n. 1. & 3. vers. ideo alias consultis, vbi propterea isto casu consuluit officialibus qui suspicantur de grauaminibus in syndicatu eorū eo, quia vident sibi electos syndicatores emulos, & inimicos, vt appellantes ab injusta syndicatorū electione, & constituto procuratore in loco syndicatus recedant, & ad superiorem cōfugiant ibidē allegando causam recessus, & offerendo coram eo velle stare syndicatui, & alias, & ibi per Paridem, quē sequuti sunt, Paul. Ghirla. de relaxa. carcera. rub. de fuga in carcerati, nu. 11. in fi. & seq. Viui. in loco proximè citato, Masc. d. cōcl. 821. n. 10. Paz. in pract. 1. tom 8. p. in prohem. n. 12. prope fi. & n. 13. fol. mihi 206.

157 Septuagessima secunda, similiter quamuis Magistratus, & officialis teneatur præstare in ingresu officij, & administrationis cautionem fideiussoriam de bene administrando, & stando syndicatui finita eorum administratione; etsi facultatibus abundēt iux. tex. in l. fideiussores Magistratū 69. in princip. ff. de fideiussorio, & ibi not. Bar. & in l. vnica, C. de periculo eorum qui pro magistratibus l. 1. §. si
158 magistratus, ff. de magist. conuen. Nihilominus eorū fideiussores excusantur, & non tenentur, nisi solummodo ad interesse respectu dāni Reipublicæ illati non vero ad pœnā, quā Iudices delinquendo incurrunt, vt in l. libertus §. fi. ff. ad municip. & in d. l. fideiussores magistratū, ff. de fideiuso & in d. l. vnic. C. de pericul. eorum vbi hoc notant. Bar. & Plat. nec etiā tenentur pro extortionibus, dānis, & violentijs illatis priuatis personis, ex tex. in l. 1. §. 1. in prin. ff. de mag. conuiend. & ibi not. Bal. nec ad id, quod Magistratus debent singularibus personis: nec etiā de male gestis extra. officium suum secundum Hyppolit. in rub. de fideiusso. n. 182. nec etiam tenentur pro male gestis tempore prorogationis sui officij, vt cum Bal. & alijs resoluit Auenda. de exequu. mand. reg. 1. p. c. 2. nu. 16. quæ omnia vera sunt, & procedunt nisi promissio fideijussoris recepta esset in omnem causam, & tam generaliter, & late, quod apta essent comprehendere omnia supradicta: nam tunc in omnibus supradictis casibus fideijussores tenerentur vt docent, Bart. & Plat. in d. l. vnica, C. de periculo eorū qui pro magist. & in l. 1. C. de conueniend. fisci debitō, Auil. in c. 4. Prætor. glo. sea obligado, n. 20. & in cap. 3. Iudicum syndicatus in glo. prægonar, n. 19. Auenda. vbi sup. cap. 2. nu. 15. non tamen fidejussores Magistratuum debent prius conueniri, quam ipsi magistratus etiam si beneficio excusionis renuntiauerint juxt. text. in l. 3. §. fi. ff. de administr. rerum ad ciuit. perti. per quem iux. ita tenent Bar. ibi & addit. Alex. in additionibus, & Bertachi in repert. verbo fidejussor, Ioan. de Platea in d. l. 1. in princi. C. de cōuen. fisci debit. Auēd. vbi sup. dict. cap. 2. numer. 15. vers. & inspectis.

159 Septuagessimo excusatur officialis nec tentur hodie in visita, seu syndicatu personaliter persistere si non habeat nisi ciuiles quærelas, vel etiā criminales ciuiliter intentatas relicto tamen procuratore, l. 1. §. quod si intra, C. vt omnes Iudices, Put. de syndic. verbo procurator Officialis fol. 217. num. 5. Amode. Iusti. in eod. tractar. verbo qui dominus Ioannes
160 num. 218. vbi quod Officialis in causa syndicatus potest se defendere per procuratorem cum sit regulariter pecuniaria, secus autem si esset capitalis

talis, quia in tali causa non admittitur procurator, vt in l. pen. §. ad crimen, ff. de pub. iud. & in l. seruum quoque. § publice, ff. de procur. Auiles in capit. 3. Iudicum syndicatus, num. 18. Paz. in pract. primo tom. 8. par. in prohem. nu. 12. fol. mihi 206.

CAPVT XXVI

DE SENTENTIIS CVM POENIS IN EISDEM IMPNNENDIS.

SVMMARIVM.

1 VISITATORES tenentur diligenter considerare processum offensuum, & defensuum antequam sententiam proferant, & cuncta quæ ex processu resultant mature animaduertere.

2 Probationes querelantis, & querelati vbi pares, & æquales fuerint, tunc in fauorem Officialis, qui relati per Visitatorem est pronunciandum.

3 Visitatores vbi bene certi extiterint de meritis causæ, & recte perceperint pro qua parte est iustitia tunc in illius administratione debent esse constantes solum Deū præoculis habentes.

4 Peccata multories impediūt resolvere dubia causarum.

5 Visitatores rationē visitationis reddere tenentur, & vbi per dolum aliquem condemnauerint re syndicari possunt, secus autem quando per culpam, & assignatur ratio n. 7.

6 Visitator iniuste condemnans, abominabilis est apud Deum.

8 Visitator debet proferre sententiam claram, & certam, & per verba intelligibilia habentia suum proprium sensum.

9 Sententiæ debent proferri in loco assueto, vel saltim honesto, & publicari cum magna strepitu, & conflictu, & in scriptis pro tribunali sedendo.

10 Visitatores vbi fuerint personæ grauis, & Illustres possunt per alium

alium sententias publicari, & re citari facere.

12 *Iudices tabulæ in Cathalonia tenentur causas syndicatus sententiare infra quatuor menses, aliter obnoxij sunt salarium restituere, & tantundem de bonis propriis soluere.*

13 *Compulsio & restitutio dicti salarij quandoque fit per Magistrũ Rationalem pro vt nouissimè fuit obseruatum.*

14 *Iudices tabulæ vt non excusentur a pœna restitutionis salarij debẽt omnes prius interpellari, etsi non fuerint iuterpellati excusantur.*

15 *Visitatores duo an possint sententiare, tertio nolente, vel impedita.*

16 *Iudices tabulæ in Cathalonia ex quo decisio causarum eisdem, vt vniuersis est commissa, non possunt vnus sine altero processum instruere, nec sententiam, nec interlocutoriam proferre.*

17 *Visitatores vbi quatuor fuerint, si duo absoluunt, & duo condemnant, sententia absolutoria præfertur condemnatoriæ, sed tutius est addere quintum.*

18 *Quid in Cathalonia super bis sit debite prouisum, vide remissiue.*

19 *Sententiæ in causis syndicatus an proferri possint, absque assignatione ad sententiam, & sine partis instantia cum distinctione resoluitur.*

20 *In visita Regij Visitatoris, & quæ sit per visitatores domus deputationis in distincte obseruatur, quod sit assignatio ad sententiam & omnes sententiæ publicantur, tam ad fisci, quam ad partis instantiam.*

21 *Visitatores in Cathalonia tenentur iudicare, & causas definire, & sentiare primum secundum iura patriæ, & ijs deficientibus secundum ius canonicum, & eo deficiente secundum iura ciuilia, & doctorum opiniones.*

22 *Lex imponens pœnam certam, illa est per visitatorem imponenda adeo, quod non poterit talem pœnam a lege, vel statuto impositam augere, nec minuere, & num. 23.*

24 *Limita vbi probatio est præsumptiua, & ciuiliter agitur quia tũc pœna minui potest.*

25 *Sublimita quando criminaliter agitur, quia tunc coniecturæ, nec præsumptiuæ probationes etiam violentæ non sufficiunt, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis ad pœnam aliquam indicendam contra officialem visitandum.*

26 *Pœna ex causa mutari potest.*

27 *Et quæ sint istæ iustæ causæ.*

28 *Punitur magis, qui infantem, quam qui perfectæ ætatis, & magis*

qui

quàm dericum quam qui laicum occidit.

29 *Homicidium recens magis punitur quam antiquum.*

30 *Et magis si oppensate, quam si casualiter committitur.*

31 *Pœna mitior ordinaria imponitur ei, qui iusto dolore motus deliquit.*

32 *Pœna mortis nemo punitur, si plures in vita fuerint, & defuncti sunt diuturna ætate vultus habet rationem incertitudinis.*

33 *Livida nisi deliberato consilio, & ad hoc coadunato occiderit, quia tunc omnes debent puniri de occisis.*

34 *Pœna infamiæ non irrogatur infami, & alia causa.*

35 *Pœna hodie residet in arbitrio iudicantis, & in Cathalonia communiter omnes pœnæ sunt arbitrariæ, vt n. 36.*

37 *Visitatores ex causa possunt, in eorum sententijs imponere pœnam extraordinariam, & cessante causa arbitrandi tenentur, sequi, & imponere pœnas alegibus, & statutis ipsorum impositas.*

38 *Iudex, qui dolo aliquem ad mortem condemnauit, & tradidit tenetur, & ipse pœna mortis secussit per imperitiam, qui tunc mitiori pœna punitur, vt numer. 39.*

40 *Visitatores officiales visitandos ad mortem condemnare possunt.*

41 *Sententia condemnatoria ad mortem si sit proferenda, quid per visitatorem seruari debeat.*

42 *Iudex per imperitiam iniustitiam faciens tenetur in quantum religioni iudicantis æquum visum fuerit.*

43 *Et quid sit teneri in quantum religioni iudicantis æquum videbitur declaratur.*

44 *Iudex propter dolum præsumptum tenetur ad solutionem expensarum & in praxi cauetur in Regio senatu Cathaloniæ ex particulari lege Principatus.*

45 *Iudex barataria committens priuatur officio cingulo, dignitate, & facultate alia officia, suorum habendi, & quandoq. exilio punitur, vel etiam grauius secundum qualitatem facti. n. 46.*

47 *Pœna quadruplo punitur Iudex barataria committens.*

48 *Iudex propter negligentiam dissolutam, & dolo proximam potest officio priuari, & etiam salario priuatur. n. 49.*

50 *Negligentia iudicialis, quando potuenit ex dolo, vel dolo proxima est, facit Iudicem teneri ad omne interesse, secus si processit, ex culpa, seu imperitia, quia tunc non facit ipsum teneri, nisi ad id tantum, quod religioni iudicantis videbitur.*

51 *Visitatores in pœnis inflingendis nō debent esse proclives cum imponendum*

ponendum pœnam priuationis officij, & assignatur ratio, n. 53.

52 Pœna priuationis officij in quibus casibus de iure communi incurratur.

54 Visitatores clementes, & misericordes esse debent, plura de pietate, & misericordia notatu digna referuntur.

55 Iudex maiorem honorem consequitur in absoluendo, quam in condemnando.

56 Iudex seu officialis semel per sententiam officio priuatus non potest amplius ad illud officium redire. Quod & de iure municipali procedit vbi propter fraudem corruptionem, baratariam aut aliam magnam culpam quæ dolo æquiparetur fuerit condemnatus vt num. 57. 59. secus vbi delictum esset leue, quia tunc ad officium redire poterit n. 58.

60 Delictum quando dicatur magnum graue, vel paruum vide remissiue.

61 Thesaurarij, & pecuniarum exactores, bonorumque publicorum vsurpatores, pœnis corporalibus, & quando mortis, plecti, & puniri possunt ac etiam condemnari ad restitutionem eius, quod vsurpauerunt cum maiori interesse.

62 Pœna deportationis, & totius substantiæ amissionem condemnari debent officiales frumentum, & publicam pecuniam vsurpantes.

63 Administrator, publicus, summa cum rectitudine debet officium gerere, veridicamque rationem sui administrationis reddere, alias si ratio vera, & recta non fuerit vt falsus a lege punitur.

64 Sententia debet fieri de officio bene gesto. & debet visitator in tali sententia officialem visitatum commendari, & si male se gesserit vituperare vt n. 65.

66 Officialis qui absolutus fuit in syndicatu potest agere actione iniuriarum aduersus querelantē quā non probauit.

67 Officialem accusans indebitè acriter puniendus est.

68 Officialis agens actione iniuriarū aduersus querelantem, quid præbare debeat vide remissiue.

69 Officiales plures in officio subornati, & vna sententia condemnati in solidum tenentur, licet inter eos locum habeat remedium diuisionis, in exequutione, quod declara si omnes sint soluendo. num. 70.

71 Officialis, seu Iudex in visita condemnatus, non tenetur, nisi in quantum facere potest adeo, quod non potest carcerari.

72 Sententia an mittatur prius executioni contra officialem condemnatum, quam contra fideiussores.

73 *Visitator vt suspectus recusari potest, & redditur ratio n. 74.*

75 *Sententia lata per visitatorem recusatum est nulla, sicut omnia acta per eundem facta post recusationem.*

76 *Visitatores si non protulerint sententias intra terminū eis datum ad sententiādū an lapso termino possint illas proferri cum distinctione resoluitur.*

77 *Sententia absolutoria lata ob contumaciam non comparentium illud speciale habet, vt officialis amplius molestari non potest, quia etiam quod non sit aliquid probatum transit in auctoritatem rei iudicatæ.*

8 *Visitatores possunt suas sententias exequi, si non fuerit appellatum, & similiter vbi ab ipsorum sententias est prohibitum appellari, num. 79.*

80 *Materia sententiæ diffusa & prolixa est, & de ea autor remittit ad eam tractantes, & scribentes.*

81 *Officialis condemnatus per visitatorem quando sideiussoribus relexetur.*

82 *Visitatores tres vbi in diuersa tres differentes penas intulerint pœna mitior exequi debet.*

83 *Officialis cognoscens cum volentis carnaliter mulierem pretextu officij quādo torqueri debet & qua pœna puniri possit remissiue.*

84 *Visitatores plures vbi in sententiando discordes fuerint sententiæ pluvium standum est.*

85 *Visitator vnus solus num absque consensu suorum coniudicum sententiam proferre possit, & quid si alij coniudices interesse noluerint vel non potuerint aliaq. dubia circa hanc sententiarum materiam vide remissiue.*

VBI nihil superest ad agēdum, tam ex parte querelātis, quam ex parte officialis querelati, tunc visitatores debent diligenter considerare processum, tam offensiuum, quam defensiuum, & recta trutina perdendere, quid ex ipso processu resultet, & priusquam sententiam proferant cuncta mature animaduertere, vt inquit tex. in cap. iudicantem 30. quæst. 5. & cap. graue 35. quæst. 9. Et postquam fuerint bene instructi debet celeriter ad sententiam procedere iux. tex. in cap. iurgantium ibi *celeri sententia* cum ibi notat de sent. & re iudic. tradit Alex. consil. 223. num. 3. vol. 3. Bald. in consil. 204. col. 2. lib. 3. Crauet. in cons. 279. Et si viso processu probationes querelantis, & querelati pares, & æquales inuenerint numero, & dignitate testium, in officialis fauorem pronuntiare tenentur, vt in cap. inter dilectos de fid. instr. c. ex literis de probat. nam cum sunt iura partium obscura, reo fauendum est, vt in regul. cum

cum sint iura de regul. iur. in 6. latè
Iaſ. in l. non eſt nouum, num. 1. C. de
edend. & Menoc. de arbitr. caſu 98.
3 Et vbi bene certi extiterint de meri
tis cauſę, & perceperint pro qua par
te juſtitia eſt, tunc debent eſſe conſ
tantes in adminiſtratione juſtitiæ ſo
lum Deum præoculis habentes, vt in
c. 1. de re iud. lib. 6. diuinùq. auxiliũ
implorare, & Spiritum Sanctum in
nocare debent, qui illuminat omnẽ
intellectum purgẽtq. ſe a peccatis, &
purificent eorũ conſcientias, etenim
propter peccata multoties neſcimus
4 ſoluere dubia cauſarũ refert. Afflict.
deciſ. vltim. & Sylua nuptialis lib. 6.
n. 5. habeant q. viſitatores ante oculos
doctrinam tex. in cap. 1. de ſenten. &
re iud. lib. 6. vbi Summus Ponti
fex cum iudicibus loquendo dicit
Caueant Iudices, & prudenter attẽ
dant, vt in proceſſibus cauſarũ, nihil
vẽdicet odiũ, vel fauor ſurpet, ti
mor exulet, præmium, aut expectã
tio premij juſtitiam nõ auertat. Sed
ſtateram geſtet in manibus, lances
appendant, æquo libramine, vt in
omnibus, quæ in cauſis agenda fue
runt præſertim in concipiendis, &
ferendis ſententijs præoculis ſolum
Deum habeãt, ad quod facit tex.
in cap. 4. & in cap. quincunq. 2. q. 3.
5 Aduertant etiam quod rationem ſuę
viſitationis reddere tenentur, vt legi
tur in ſancto Concilio Tridentino
ſeſſ. 24. cap. 3. verſ. viſitatores etiam
& Mier. cap. 9. num. 88. part. 2. col
la. 6. fol. mihi 27. vbi ſuper his cum
diſtinctione reſpondit, quod ſcilicet
6 Iudices tabulę per dolũ aliquẽ in ſuis
ſententijs iudicantẽ ſyndicari debẽt
ſi autem per culpam non, quia ſunt
7 Iudices conſcientię, & habent latum
arbitrium, & ſic dato, quod ipſi re
ſyndicari poſſent non tamen effugiẽt
diuinum iudicium: nam qui iuſtifi
8 cat impium, & condemnat iniuſtæ,
vterq. abominabilis eſt apud Deum
9 Prouerb. cap. 17. oportet ideo, quod
quando protulerit ſententias profe
rat ipſas non doloſas, ſed iuſtas, cla
ras, & certas, & per verba propria, &
intelligibilia habẽtia ſuum proprium
ſenſum, vt in §. curare inſt. de actio.
ad notat. per Afflict. in conſtit. ab
omnibus nu. 6. Aſin. in praxi §. 3. c.
24. Menoch. de arbitra. iudic. quæſt.
60. num. 3. Ioſeph. Cumia de ſyndi.
10 cap. 24. num. 100. Vincent. de Ann.
ſingul. 473. Sententiæ enim diffinitiuæ: ſi Iudex habet certam ſedem,
ibi debẽt proferri alias ſufficit, quod
in loco honeſto proferantur ex tex.
in l. pen. ff. de iuſt. & iur. illum autẽ
oportet pro auctoritate mageſtatis
iuſtitiæ, quod cum magno ſtrepitu,
& conflictu publicentur iux. tex. in
l. 1. C. communitio. vel epiſtol. Bald.
in l. ab eo, C. quomodo & quando
Iudex, & Bouadilla lib. 3. cap. 14. n.
90. Et in ſcriptis pro tribunali ſedẽ
do proferendæ ſunt ad notat per
Maſtril. de magiſtra. lib. 6. cap. 11.
num. 4. vbi etiam, quod quandoq.
licet ſint ſcriptis proferri per tex. &
ibi gloſ. in §. neceſſitatem in auth.
vt iudic. ſine quoq. ſuffragio Rondinel. de ſynd. num. 146. Quando
11 verò viſitatores fuerint perſonæ gra
ues, & illuſtres tunc per alium poſſunt ſententias publicare facere iux.
tex. in l. 2. C. de de ſenten. ex breu.
recitand. & not. Pet. Calaſat. in rub.
de offi. eius n. 24.
12 In Cathalonia autem autem viſi
tatores (quod Iudices tabulæ appellatus) tenentur cauſas vicariorum,
& aliorum officialium ordinariorũ
inferiorum ſentẽtiare, & terminare
intra quatuor menſes aliter cõpellũtur ſalarium reſtituere, & tãdem
de bonis ſoluere iux. tex. c. 12. curiæ
13 1599. Quæ cõpulſio dicit. reſtitutionis

salarij quandoq. fit per Magistrũ Rationalem, cui ratione sui muneris incumbit Officiales negligentes in eorum officijs punire, & coercere iux. const. vnicam Regis Ferdinandi Secundi tit. de offic. de mestre Rational pag. & ita in eodem officio magistri Rationalis fuit obseruatum contra Iudices tabulæ villæ Ceruariæ mense Iunij 1612. qui ob eorum negligentiam in non declarando, & sententiando causas officialium, infra terminum dicti capituli curiæ 12. fuerunt in dicto salario, & illius restitutione mulctati, & puniti, & compulsio, & restitutio cũ debito effecta fuit exequuta, vt videre poteris in procedimentis factis in dicto officio magistri Rationalis contra dictos Iudices tabulæ prædictæ villæ Ceruariæ, quæ sunt in libro regestri 9. fol. 232. & in libro cuius titulus est de significationes de num. 21. fol. 48. reconditis in dicto officio, quæ nota quia casus peregrinus est.

14 Qualiter autem Iudices tabulæ excusantur, etsi non declarauerint infra terminum dicti capituli curiæ vide apud Iacob. Cancer. part. 3. cap. 12. nu. 265. vsq. 271. vbi subdit, quod si ex tribus Iuditibus tabulæ duo tantum sunt interpellati non incidunt in pœnam etsi sententiæ non fuerint promulgatæ intra dictum tempus, cuius ratio fundatur, quia isti tres Iudices iudicant vt vnus vir, & omnes habẽtur vice vnius, ac ideo vnius sine alio sententiare non potest, & consequenter concludit, quod nisi omnes tres Iudices fuerint interpellati nõ potest dici mora commissa in sententiando ac proinde nõ incidunt in dictam pœnam, vt ibi per eum latius est videre.

15 Sed nunquid & istis tribus Iudicibus duo possint procedere, & sententiare tertio nolente, vel impedito, vide Bald. in l. obseruare, quæst. 25. ff. de offic. præsid. sed in Cathalonia seruat quod dicit Mier. part. 2. cap. 9. de forma procedendi in Iuditio tabulæ numer. 30. & 31. collat. 6. fol. mihi 24. Cancer. dict. part. 3. cap. 12. num. 269. &
16 270. vbi ex Abbate, & alijs refert, quod ex quo istis tribus Iudicibus tabulæ, vt vniuersis est commissa causę decisio, quod vnus sine alio nec processum instruere, nec sententiam, nec interlocutoriam proferre possę.

17 Ex prædictis infertur ad aliud dubium an si sint quatuor visitatores, & in sententia duo absoluãt, & alij duo condemnent, quæ sententia est tali casu preferenda, & certum est sententiam absolutoria esse præferendam arg. text. in l. inter partes ff. de re iudicat. Arrianus ff. de actio. & obligatio. Paris. de Put. de synd. in verb. An si potestas sub num. 22. sed tutius esset
18 addere quintum Iudicem, ideoq. in Cathalonia sunt tres Iudices tabulæ, & in visita regiorum officialium, qui non purgat tabulam est vnus Regius visitator cũ duobus Iudicibus collateralibus, & in visita dominorũ Deputatorum sunt nouem visitatores, & sic nũquam cõtigit votũ æquale propter inconueniens, q. inde ex eo oriri potest.

19 Succedsiue in hac materia dubitari potest, an sit in hoc iuditio assignandum, ad sententiam, & an illa publicari possit sine partis instãtia quo ad primã huius dubij partem respondẽ. quod quicquid sit de iure apud Iudices tabulæ seruatur in Cathalonia, quòd assignatio ad sententiam fit voce præconis intimando omnibus generaliter, vt veniant ad audiendam sententiam ita Mier. part. 2. dict. cap. 9. num. 91. collat. 6. fol. mihi 27. & ibi sub num.

Numer. 87. aliam dicti dubij partem satisfaget cum distinctione, quod scilicet, aut Iudex tabulæ processit ex officio, & motuproprio inquirendo, & sine partis instantia, aut processit ad querelã partis, primo casu sententiam publicare poterit sine instantia, quia officialis querelatus nunquã peteres sententiam, si timeret condemnari, quia reorum est fugere, vt in capit. 4. quæstione 4. secundo casu requiritur instantia ad publicationem sententiæ, quia qnandoq. partes conueniunt intere compromittendo, vel transigendo aut tacendo, aut alias, & tunc Iudicis officium conquiescere debet, nam si partes tacuerunt quid ad iudicem.

10 Verumtamen in Regia visita quæ fit per regium visitatorum, & in visita quæ fit per visitatores Deputatorum in omnibus obseruatur, quod fit assignatio ad sententiam in dictis causis, & omnes sententiæ publicantur tam ad fici, quam ad partis instantiam: nisi expresse fuerit per quelantes dictis causis renuntiatum, & ita practicatur.

Scire quoq. oportet in hac materia sententiarum, quod visitatores in Cathalonia obnoxij sunt judicare, & sententias proferre primum secundum iura patriæ Cathaloniæ, & ijs deficientibus secundum ius canonicum, & eo deficiẽte secundũ ius canonicum, & eo deficiente secundum iura ciuilia, & doctorum opiniones iux. constitut. 40. curiarum anni 1599. quæ licet loquatur in Doctoribus Regiæ Audientiæ extendi etiam potest ad visitatores quorum officium est obseruari facere leges, & iura patriæ ac proinde secundum illas merito iudicare debent absurdum enim esset quod ipsi iudicare possent in Cathalouia contra iura patriæ, & diuersimode ab alijs iudicibus in hoc Principatu iudicantibus, & quod visitatores teneantur iudicare secundum iura patrię probat expresse text. in capit. 5. curiæ curiarum anni 1599. ibi, *iudicant conforme las leys de la terra.*

22 Vnde infertur quod vbi per legẽ seu constitutionem patriæ fuerit imposita aliqua specialis pœna contra officialem in officio delinquentem vtiq. certum est quod vbi clare constiterit ipsum officialem in illam pœnam incidisse talis pœna est ei in 23 sententia imponenda non enim visitatores possunt pœnam ordinariã a lege vel statuto impositam augere nec minuere, vt not. Ioseph. Cumia. de syndicat. capit. 24. numer. 20. Boss. in titul. de coniect. numer. 24. nisi in casu quo non esset vera pro- 24 batio: sed præsumptiua, quia tunc minui potest pœna. Si ciuiliter ageretur, secus si criminaliter: quoniam generaliter vbi criminaliter 25 agitur, non sufficiunt coniecturæ nec præsumptiuè probationes etiam vio lente & etiam si esset crimen difficilis probationis secundum communẽ opinionem de qua testatur Boss. in in tit. de de official. corrup. num. 14. & 19. & tenet Marsil. cons. 132. n. 14. Hinc dicitur contra officiales syndicandos non admittuntur indicia quantumuis indubitata ad illos condemnandum, vt ex recepta sententia post. Deci. Aduertit Hieron. Giacha in cons. de syndic. n. 107. Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 97. quos & alios refert, & sequitur egregius Senator Ioan. Gallego in suo respon so de syndic. par. 1. n. 34. 35. & 36. vbi præcipue hanc opinionem procede re existimat quando ageretur de syndicandis viris Illustribus, & de priua tione officiorum eorum nam tunc inquit quod nec in delictis occultis & difficilis probationis indicia, &

præsumptiones etiam violentæ contra eos non admitterentur.

Et quamuis regulariter visitatores in eorum sententijs non possint recedere, a pæna ordinaria imposita per legem seu statutum nec illam augere, nec minuere vt dictum est, verum prædicta limitantur, & non
26 procedunt, vbi esset causa iusta augẽdi, vel minuendi pœnam, quia tunc est in arbitrio visitatorum grauiori pæna quam leges velint, vel leuiori reum ex causa condemnare, l. quid ergo. §. pœna grauior vbi glo. Bar. & alij ff. de his, qui not. infam. & l. & si seuerior, ff. ex quibus caus. infam.
27 irrog. Boss. in tit. de pœn. num. 8. vbi subdit causas quibus augeri, vel minui pœna debet, esse declaratas per tex. in l. aut facta vsq. ad finem, ff. de pæn. Felin. in cap. qualiter. §. corrigendum de accusatio ponit septem causas, sed multæ aliæ sunt causæ, veluti propter ætatem vt si sit valde senex, aut valde juuenis, DD. in l. fere in omnibus, ff. de reg. iur. vel si maxima sit peritia, in aliquo artifice vel professore literarum, l. ad bestias, ff. de pæn. vel propter qualitatem personarum in quibus commit-
28 titur delictum in plus, vel minus, vt majori afficiatur pæna, qui infantẽ, quam qui perfectę ætatis hominem occidit, Salicet. in l. pæn. C. de sicar. & magis, qui clericũ, quam qui laicum occidit, iux. glo. in cap. sicut qui
29 17. q. 4. & magni recens, quam antiquum punitur homicidium, l. si diu-
30 tino vbi glo. C. de pen. & magis qui data opera appẽsate, & apostato modo quam qui causaliter hominem occidit vel delictum committit, l. diuus vbi Bart. & DD. ff. de sicar. & in l. si quis seruo, C. de fur. Item si magno
31 dolore motus quis deliquisset, quia tunc non debet comdemnari, nec imponi pœna ordinaria delicti, sed minor, l. si cũ adulteriũ incestu. §. Imperatores, ff. de adult. Angel. de malef. in verbo & dictus Titius se defendendo vers. aduersus Aret. cons.
32 165. Item propter multitudinem delinquentium ratione incertitudinis vt si plures fuerunt in rixa & homicidium est certum: sed homicida incertus, vt quia vulneratus non habet nisi vnum vulnus: quia nemo pæna mortis puniri debet glo. in l. item mela. §. sed si seruus plurium, ff. ad l. aquil. Marsil. in l. 1. n. 71. limit. 16. ff.
33 de sicar. Nisi deliberato consilio, & ad hoc coadunato occiderint, quia tunc omnes debent puniri de occi-
34 so Gram. cons. 4. Item si ex forma legis irrogari deberet infamia, & ipse reus ex alio delicto effectus fuisset infamis: quia tunc pæna per Iudicẽ alterari debet, et alia imponi per tex. in l. nouerint. C. vt infra cert. temp. vbi Angel. Roma. in l. si vero. §. de viro ff. sol. matr. Corset. in singu. suis in verbo pœna.

35 Et propter dictas causas quibus pæna augere, vel minuere iudex potest, dicitur hodie omnis pæna: etiã iure determinata arbitraria iudici, iux. glo. in l. hodie, ff. de pæn. cũ concor. per Marant. in pen. in 4. disti. 1. nu. 65. in sua praxi Menoch. de arbitr. q. 87. Clar. q. 85. n. 10. Farina. q. 5. n. 8. Gram. voto 23. nu. 18. Chril. de relax. carcer. tit. de exequ. senten. q. 6. Tiraquel. de pæn. temper. in præf. n. 16. Boer. decis. 254. n. 22. Osasc. decis. 80. n. fin. & Mier. p. 2. c. 12. n. 96. versi. pro hoc facit coll. 9 fol. mihi
36 99. vbi subdit, quod in Cathalonia pænæ communiter iuxta vsaticos, & iura patriæ sunt arbitriæ, quia non vtimur legibus Romanis vel alijs, nisi ad arbitrium, & in subsidium, & sic ex prædictis concluditur visitato-
37 res in eorum sententijs licite posse ex juxta causa arbitrare in pænis inflingendis, & arbitrando eosdem officiales culpabiles condemnare in

aliqua pœna arbitraria extraordinaria cæterum vbi causa arbitrandi iusta cessaret tenentur tunc illos condemnare in pœnis ordinarijs per leges, & statuta terrarum impositis. Et vt prædicta facilius comprehendantur, aliqua exempla proponere decreui, vt ex illis etiam innotescat in quibus penis Iudices, & Officiales in eorum officijs delinquentes condemnari possint in sententijs per visitatores contra illos proferendis sub forma sequenti.

38 Primum exemplum erit quando Iudex dolo aliquem ad mortem cõdemnauerit, & tradidit, nam tunc tenetur pœna legis Corneliæ de sicarijs secundum Ioan. Fabr. in §. 1. n. 2. vers. si autem per dolum, inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt, Alber. in l. 2. n. 2. & 3. ff. quod quisq. iur. Bal. in rub. C. de pœn. iudic. qui mal. iudi. n. 6. vbi quod Iudex qui de facto fecit aliquem suspendi punitur per similitudinem supplicij Amodus de syndi. nu. 149. in fi. Paris. de Put. in cod. tract. in verbo male iudicans, c. 1. n. 11. Anto. Rondin. in simili tract. n. 208. & 225. Boss. in tit. de offici. corrup. n. 11. in fi. & Cyril. in sum. crim. rub. de pœn. judic. male iudica. §. fi. n. 4. & nu. 11. in fin. & seq. Boet. decis. 153. n. 8.

39 Et tamen vbi constiterit, quod talis Iudex per imperitiam ad mortẽ condemnauit, & condemnationem exequutus fuit tunc non punitur pœna mortis, sed arbitrio iudicis, vt tenet idem Fabe. in d. §. 1. vers. quod si cõdẽnauit hominem ad mortẽ, inst. quæ ex delict. nascunt Alber. in d. l. 2. n. 2. in fi. & 3. ff. quod quisq. iur. vbi quod si potestas centum homines de capitatet contra ius, non debet ipse decapitari, nisi dolus probaretur Boe. d. decis. 153. n. 12. Cyril. in loco proxime citato die §. fi. n. 1. & sic vides quod in eodem fam facto, & delicto ex circunstantiæ imperitiæ excusatur Iudex a dæna ordinaria delicti, & punitur solum pœna arbitraria ac insuper ex prædictis apparet etiã quod visitatores possunt Iudices, &

40 officiales in officijs delinquentes pœna mortis punire provt in terminis sic annotauit Iosep. Cum. in prax. de synd. c. 24. nu. 39. vbi subdit, quod si

41 sententia condemnatoria ad mortẽ esset proferenda per syndicatorem: pridie quam sententiam ferret, reo condemnato indicet, quod se bene disponat, vt religioso confiteatur sua peccata, & postridie eo ducto ad tribunal iustitiæ, Iudice pro tribunali sedente sententia condẽnatoria proferatur.

42 Secundum exemplum erit in eodem Iudice qui per imperitiam injustam protulerit sententiam aut aliquid aliud iniuste fecerit is siquidem punitur in quantum religioni iudicantis visum fuerit iux. text. expræs. in l. fi. in fi. ff. de vat. & extra ordina. cognit ibi, *Et in quantum de ea re æqum religioni iudicantis visum fuerit pœnam sustinebit*, Alex. in l. 4. §. in cum n. 7. in fin. & 8. ff. de damn. infect. vbi infert ex hoc iudici datum esse arbitrium condemnandi ex causa etiam in minus quã sit interesse Cathal. in tract. de synd. 124. n. 69. Paris. de Put. de syndic. in verb. Iudex male judicans, c. 1. n. 7. & 8. & in verb. negligentia cap. 2. n. 9. Anto. Ron. de synd. n. 40. Franci. March. decis. 686. n. 3. p. 1. Boss. in tit. de official. corrup. n. 22.

43 Sed pulchrum erit scire qnid scit teneri in quantum religioni iudicãtis æquum videbitur, & ad quantum isto casu iudicans possit condemnari vide glo. in §. 1. inst. de obli. quæ exquasi delict. nascunt vbi, quod isto casu iudicans poterit secũdum, quod, officialis plus, & minus erraverit, ita &

& ipsa in plus, vel minus condemnare Alex. in Largentarius. §. cum autem. n. 10. ff. de edend. inquit, quod quandoq. condemnabit ad totum interesse, & quandoq. ad minus, secundum qualitatem culpæ. Boss. in tit. de offic. ial. corrup. n. 24. vers. & sensus conclusionis subdit, quod interdum iudicans condemnavit ad omnem litis æstimationem, interdum ad mediũ interesse, & interdum ad nihil.

44 In Cathalonia autem super his extat constitutio vnica sub tit. de pena del Iutge qui ab dol judicara, p. 525. in qua dispositur, quod vbi Iudex seu relator dolo iudicaverit, & sic partem grauaverit si reuocatis ejus procedimentis, aut sententia, pars agerit contra ipsum Iudicem pro sumptibus ratione suæ iniustitiæ ei causatis & Regio consilio vtium fuerit dictum Iudicem, cum dolo grauasse partem tenetur eidem soluere omnes expensas provt religioni dicti Regij consilij videretur omni supplicatione, & recursu remotis, quæ quidem constitutio interpretata fuit per Iacob. Cancer. p. 3. c. 12. n. 272. & seq. vt intelligatur tantum in dolo præsumpto, in quo incurrit Iudex si in jure vulgato erret, vel non facit quod ratione sui officij scit, vel scire debet, l. 2. ff. quod quisq. jur. Ctauet. cons. 18. n. 14. Farina. q. 111. nu. 32. & Menoch. de præsu. lib. 5. præs. 3. n. 66. non autem dolo vero voluntario Iudicis, nam tunc dicta constitutio iniqua esset cum grave crimen Iudicis impunitum remaneret, & in mera partis libera voluntate illius punitio penderet nihil de eo conquerendo intra triginta dies, vt in dicta constitutione legitur, ibi, *Los quals passats no puga esser de aqui auant res dit contra dit Iutge.* Non enim vtiq. condigna punitio veri doli foret, cum sola restitutione expensarũ quæ est pœna dictæ constitutionis cum vera punitio doli mali sit infamiæ, & officij priaationis, vt post Bald. Farina. Ceruant. & alios, not. Cancer. in loco proxime citato dict. num. 272. ad med.

45 Tertium exemplum proponi potest in Iudice barataria committente, qui vbi de tali crimine conuictus fuerit debet per Visitatores in sententia condemnari ad priuationem officij & dignitatis etenim Iudex qui barataria committit priuatur officio, quod de præsenti habet, & facultate alia habendi in futurum, l. iudices C. de dignitatibus lib. 12. ibi *ablatis codicillorum insignibus*, & in fine, ibi, *Nec sibi post hac de eo honore blandiantur, qui se ipsos indignos iudicauerunt*, & ibi Ioan. de Plat. num. 2. generaliter notat quod ad officium in quo quis deliquit amplius redire non potest, quod & idem voluit Paris. de pur. de synd. in verb. officiali, cap. 10. nu. 5. & in verb. barataria, num. 2. 3 & 4. Anton. Rondinel. in eod. tract. num. 57. Fran. Marc. decis. 686. nu. 7. part. 1. Clar. in pract. §. fin. quæst. 73. num. 2. vbi refert quod alias Parisijs quidam Regius consiliarius pro furtis & scelleribus per eum commissis fuit exauthoratus, degradatus, & suis insignibus spoliatus, & ibi etiam remisisse ponit formam degradationis Doctoris. Baiard. ad clar. d. quæst. 73. nu. 19. inquit, quod isto casu Iudex vltra priuationem officij incurrit etiã pœnam degradationis, & priuationis dignitatis ex Capic. Guid. Pap. Lancello. & Bonacos. in locis per eum relatis. Menoch. de arbit. casu 342. nu. 7. vbi dixit hos iudices esse exauthorandos, Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 34. num. 7. hoc ampliat etiam in Iudicibus Senatorio ordine insignitis & num. 14. inquit, quod hæc priuatio

uatio Magistratus,& officij,statim & ipso iure etiam officio non finito inducitur,& confert tex. in Authen. nouo iure, C.de pœn. iudic. qui mal. iudicauit ibi: *Dignitate seu cingulo amisso*, & ibi Butrig. in verb. Cingulo, dicit hanc esse verbalem degradationem.

46 Puniri etiam possunt tales Iudices furta, & baratarias committentes pœna legis Iuliæ repetundarum,scilicet exilio vel etiã grauius secundum qualitatem facti, vt est tex.in l.lex Iulia.§. fi.ff.ad l. Iuliam repet. & ita videtur colligi ex glos.fin. in l.1. C. ad l. Iul. Magest.quam sequitur correri vt attestatur Grammat.consil.35.num. 9.quinimo etiam pro tali crimine in corpus verbera sustinebunt vt in Authen. vt iudic. sine quoq. suffrag.§. si quis autem prætor. & ibi hoc notat Angel. in 1. notab. Anto Rondinel. de iudica.num. 57. Grammat. dict.consil. 35.num. 11. Boss. in dict. tit.de official. corrup.in prin. Decia.in tract.crimi-
47 nal.lib.8.cap.39.num.15.in fin. cogunturt etiam per soluere quadruplum eius,quod acceperunt, & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Boss. in loco prælegato verum non semper istud quadruplum applicatur fisco, sed tantummodo quando versatur turpido ex parte vtriusq.scilicet dantis,& recipientis etenim quando turpido est solummodo ex parte vnius, tunc dimidium quadrupli applicatur fisco, & dimidium alteri parti ita dicit glos.in l.1. C.ad l. Iul.repet. quã sequuntur DD.vt attestatur Cassa. super consuet. Burg. in tit.de confiscationes §. 1.in princip. num. 21. vers. Nonus casus.

48 Quartum exemplum proponitur in Iudice seu alio officiali negligente quem in sententia per visitatores proferenda condemnari posse,ad officij priuationem,quando negligentia est dissoluta & dolo proxima,nemo est, qui dubitet cum expeditum sit, quod Iudex propter negligentiam dissolutam & dolo proximum potest officio priuari, vt in l. si quos C. de offic. præfect. prætor. & ibi scholiũ glos. & Bald.in l. mancipia.C.de seruifugit.Pute. de syndic. verb. Potestas,cap. 2. in prin. & verb. negligentia,cap 3.nu.7. Auend. in cap. 1.Prætor.nu.31. vers. Decima causa,& in cap.3.num.6. Boss. in dict. tit.de official.corrup.num.24.Iul. Clar.in pract. dict.§.fin.quæst.73. num.3.Auiles in cap.1.Prætor.glo. fiel, num.37.& seq.& in cap.6.verbo,diligentia, num.1.Fatin.quæst.
49 111.nu.419.vbi, quod Iudex propter negligentiam priuatur officio, & deponitur. Quinimo etiam Iudex negligens,in suo officio priuatur salario,& eius bona illi officio confiscantur l. ordinariorum, & ibi late Ioan.de Platea C.de cohortal lib.10.& in l.Iudices num. 1. & 5.C.de anno. & tribut.lib.10.& in l.fin.incip. purpuræ C.de vestibus Olober.lib. 11.& in l.Iudices C.de dignit.lib.12. Bart. in l.Iudices C. de anno.& tribut.lib.10.& in l.Meuia in prin. ff.de annuis legat Corset.in singul.verb. salarium Fran. March.decis.646. num.1. vers. & isto casu,part. 1.Pute. de syndicat. inverb.Potestas,cap.7.in princip. Decia.in l.si quis in conscribendo post num.11. C. de pact. vbi dixit, quod secundum qualitatem negligentiæ salarium officiali, aut in totum tollitur,aut diminuitur Farina.quæst.39.num.43.prope finem & Bouadill. qui alios refert lib.5. cap.1.num.153.

50 Pariter possunt Iudices negligẽ

tes condẽnari per viſitatores in eorum ſententijs ad totale intereſſe, & ad omnem jacturam partis maxime quando negligentia fuerit diſſoluta, & dolo proxima, & multo magis ſi fuerit dolo commiſſa, ſecus ſi non ex dolo, ſed ex culpa, vel imperitia fuerit perfecta. Quia tunc condemnari non poſſunt niſi arbitrarie in quantum ſcilicet bono viro equum videretur ſecũdum Alex. in l. ſi quis in conſcribendo num. 5. in princip. C. de pact. & ibi etiam Iacob. de ſancto Greg. num. 6. plures alios refert Farina. d. quæſt. 111. num. 403. 404. & ſeq.

51 Scire autem oportet quod in pœnis inflingendis viſitatores in eorũ ſententijs non debent eſſe procliues, ad condemnandum Iudices & officiales in pœnam priuationis officij, ſiquidem pœna priuationis officij regulariter imponi non poteſt, niſi in caſibus à iure expreſsis iux. gloſ. ſing. in cap. fin. de iure patro. communiter aprobatam per Felin. Decium & Barbat. in cap. ex parte de reſcrip. Auil. in cap. 9. prætor gloſ. (ley) num. 2. fol. mihi 137. ſingulariter inſignis Peralta in l. 3. §. qui fideicommiſſariam n. 88. ff. de legat. 3. poſt Iaſ. in l. illum num. 12. C. de collatio. late Didacus Perez ad Segura in tractatu de bonis lucratis conſt. matrimo. num. 66. Baeça de inope debitore cap. 16. num. 61. Roland. conſ. 27. num. 14. vol. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo recuſatur nu. 248. cum ſeq. C. de reuocand. donatio Amode Iuſtin in tracta. de ſynd.

52 in verbo olim poteſtatem. Caſus autem in quibus pœna priuationis officij imponi poteſt plures ſunt in iure ſiquidem multos refert Iaſ. in l. fin. C. de fideicom. Auiles in d. cap. 9. gloſ. 1. num. 1. & ſeq. Azeued. in l. 9. in fine tit. 5. lib. 3. recop. & latius in l. 23. tit. 25. lib. 4. DD. in l. ſi quos C. de offi. præfect. prætor. Bar. in d. l. Iudices C. de anno. & tribuit lib. 10. Iul. Clar. in pract. § fin. quæſt. 73. nu. 1. & ſequen. pract. noſter Calic. in Margarit fiſci fol. 110. qui enume-501. caſus in quibus eſt impoſita pœna priuationis, militiæ ſacerdotij, cinguli, officij, vel dignitatis alios refert Cathaldi. de ſyndicat. q. 256. num. 171. & Bouadil. lib. 5. cap. 1. nu. 169.

Vnde viſitatores ſummia cũ moderatione antequam ad pœnã prædictam accedant procedere debent: nam licet iuri, & rationi congruit, acerime puniatur is, qui in officio deliquit, & eo priuetur vt dicit tex. in l. ſi aliquid, & ibi Ioan. de Plat. & communiter DD. C. de ſuſcept. lib. 12. & in l. ſi quis C. de offic. præfect. prætor. l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. Decius in capitulo vt noſtrum, num. 4. de appella. vbi de Milite, Equite, Doctore, & Notario in eorum officio delinquentibus Capic. deciſ. 121. num. 17. Franc. March. deciſ. 390. num. 2. & deciſ. 654. Capel-

53 la Tholoſa. deciſ. 370. & ibi Auſrer. in addit. Veruntamen, quia talis pœna priuationis officij irrogat infamiam, & magnum dedecus vt in l. qui cum vno § exauctoratus ff. de re milit. d. l. Iudices C. de dignitat. lib. 12. l. moris ff. de pœnis. Præterea ſumme attendere debent, quod vbi crimen alia mitiori pœna corrigi & emendari poſsit a priuationis pœna ſe abſtineant iux celebrem Oſorij ſentẽtiã lib. 8. de regis inſtit. ibi *qui in officio ſibi commiſſo delinquerint, & honore priuentur, & grauem pœnam peccati luant. niſi ſit eiuſmodi peccatum, quod medio cri pœna corrigi, & emendari poſſit, in humanum enim eſt ſpem de illo, qui leue aliquod flagitium admiſit*

miſit abijcere. Quis enim eſt, qui vi te curſum ſine aliquo lapſu, poſſit conficere? Magni tamen refert qualis ipſe lapſus exterit, qui enim pecunia corruptus, aut malitia, & improbitate cecatus male ſuum officium gerit, acerrime plectendus eſt: malum enim quo premitur, vix ſanari poteſt, is autem, qui per rei alicuius imperitiam, aut in curia errauit facile poteſt ad officium reuocari. Hæc ille.

54 Hinc legitur quod Iudices debẽt eſſe magis proniores ad lenitatem, quam ad ſeueritem, iux. tex. in l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. l. reſpicie dum ff. de pœn. cap. eos vero 50. diſt. cap. fin. de tranſact. Melius enim eſt peccare in pietate & clementia, quam in credulitate, & atrocitate, vt in cap. alligant 36. quæſt. 7. vbi inquit tex. ſi Deus eſt benignus in miſericordia eius, miniſter non debet eſſe tenax & facit tex. in ca. licet 45. diſt. ibi *Plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam ſeueritas, plus cohortatio, quã communicatio plus charitas, quam poteſtas,* & confert tex. in cap. vera iuſtitia 45. diſt. vbi *dicitur, quod vera iuſtitia eſt miſereri delinquentibus,* & in cap. plerunque. §. illi enim 2. quæſt. 7. legitur. Quod qui de ſua iuſtitia præſumunt, & miſericordiam peccantibus negandã putant à Domino percuſsi intereunt, quia iuſtitia ſine miſericordia erit illis qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus, quibus per Salamonem dicitur (Noli eſſe nimis iuſtus) Præceptum enim eſt à Deo proditum, quod ſimus miſericordes iux. illud Lucæ 6. *Eſtote miſericordes, quoniam ego miſericors ſum.* & Mathei c. 6. inquit, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Miſericordia, & veritas te non deſerant, circunda gutturi, & deſcribe in tabulis cordis, inuenies gratiam corã Deo, & hominibus melius eſt propter miſericordiam rationem reddere quam propter inclementiam nã Deus ipſe miſericordiã maluit quã ſacrificium Oſeæ capit. 6. fugienda igitur eſt ſententia quæ miſericordiam vetat, dict. cap. vera iuſtitia 45.
55 diſt. ideoq. oportet miſericordia vti quia maiorem honorem conſequitur Iudex in abſoluendo quam in condemnando, & in dubijs potius debet abſoluere, quam condemnare, quinimo in condemnando ſemper debet minorem pœnam eligere iux. tex. in l. penult. in fi. ff. de pœn. Paul. Caſtr. in conſil. 197. in fin. lib. verbis Ancharr. conſil. 25. Philipp. Decian. conſil. 189. col. fin. Bald. in conſ. 403. vol. 3. vbi quod iuſtius peccatur in abſoluendo, quam in condemnando ſequitur Ioan. Neuiz. in ſylua Nuptiali in vltima charta.

56 Ac propterea ſuper inflingenda, pœna priuationis officij plurimum debent viſitatores animaduertere, nam officialis ſeu Iudex officio per ſententiam, ſemel priuatus amplius ad illud officium reaſumi nec redire poteſt iux. tex. in capit. non poteſt 2. quæſt. 7. & not. in textu gloſ. in l. ſi aliquid C. de ſuſcep. & arcar. libr. 11. l. fin. ff. de offic. procur. Ceſſar. Plat. in Lad ſplendoris C. de diuerſ. officijs, lib. 11. Put. de ſyndicat. verbo (Iudices) ca. 8. in prin. & num. 1. Dulcet in cod. tractatu. in fin. Tiraquel. de pœn. temper. cauſa 58. verſiculo ſexto nume. 7. & ſequen. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 26. de priuationi officiorum num. 7. Bald. in l. 2. ff. de ſcna. vbi inquit, quod boni homi-

nes

nes debent diligi, quia Deus, eos diligit, mali vero debent expelli ab omni honore, quia ſeruiunt diabolo, & ſunt ſine conſcientia. In Cathalo-
57 nia vero officialis per ſententiam condemnatus, propter fraudem, corruptionem, baratariam, aut aliam magnam culpam, quæ dolo æquiparatur, amplius ad officium redire nequit, vt habetur, vt in conſt. 4. verſ. *è ſi condemnat ſera en alguna coſa lo official per raho del offici, que null temps no tinga offici noſtre* & in conſtit. 6. ibi. *per frau, ò per corruptio, ò per gran culpa per ell comeſa* ſub tit. de de offici
58 de Iutges de taula. Pro leui tamen culpa poterit officialis redire ad officia. not. Mier. par. 1. cap. 2. num. 3.
59 colla. 4. fol. mihi 70. vbi etiam ſubdit, quod officialis cõdemnatus propter fraudem, & corruptionem, aut propter magnam culpam nunquam
* poteſt tenere officium regium, & ita fuit iudicatum in regia Audientia, vt refert Cancer par. 3. cap. 12. num. 94. & 95. Fontanella de pact. nuptia- lib. primo tom. gloſ. 10. part. 1. nu.
60 58. fol. mihi 149. vbi ſub nu. 58. dicit quando dicatur delictum magnum, graue, & quando paruum, vt ibi per eum latius videre poteris.

61 Præterea viſitatores in eorũ ſententijs, poſſunt publicos, vel regios adminiſtratores corporalibus pœnis ob dolos, & fraudes in adminiſtratione commiſſos condemnare, & punire, & loquendo in Regio Theſaurario, vel tributorum exactore, eſt text. elegans in Auth. de mandatis principium §. coges, vbi Theſaurarius, vel exactor, qui aliqua bona vel pecunias a ſe collectas, vel receptas ocultauit doloſeve retinuit, nõ reddendo rationem illarum pœna amputationis manus punitur, & ita tenet Acur. ibi verb. manus amputationem quã ſequitur Socin. conſ. 56. verſ. (quinto & vltim.) repetito in cõſil. 213. lib. 1. Oſaſcus deciſ. 70. n. 9. in fine. Et loquendo in decurioribus reipublicæ plumbatorum ictibus fuſtigandos fore voluit Iuſtinianus in l. quælibet 40. C. de decurio. lib. 10. l. 2. & 3. C. de his qui ex public. eod. lib. l. fin. C. de cond. in pub. horre. eod. lib. & tit. ad l. Iul. pecula. Puteus de ſynd. verb. Iudices cap. 3. poſt. euidentalia Cæphal. conſ. crimin. 39. n. 61. & 62. Bonifac. in Peregin. verb. furtum col. 4. fol. 219. Auenda. in c. 10. prætor. 2. par. num. 34. Mexia de pane condu. nu. 67. Petr. Grego. de ſyntagma. iur. 2. par. lib. 18. cap. 14. n. 10. late Tiber. Decian. 2. tom. crim. lib. 8. cap. 28. & ſeq. vſq. ad 41. Quinimo, & Theſaurarium, vel alium publicum adminiſtratorem, qui aliquid ex Regio patrimonio ſibi doloſe ocultauit, & appropriauit, nec in rationibus intulit pœna mortis condemnari poterit, iuxt. text. in §. item lex Iulia. peculatus inſt. de pub. iudit. nec non & in alijs pœnis iſti adminiſtratores incurrũt de quibus habetur in l. placet. C. de excuſa. mu ne. lib. 10. l. de hinc C. de ſuper exactor tribuit eod. lib. l. Iudices 12. C. de dignita. eod. lib. vide Decia. in 2. tom. crimi. lib. 6. cap. 29. n. 8. & Bouadil. lib. 5. c. 4. n. 86. vbi dicit, quod non ſolum iſti vſurpatores bonorũ publicorum regaliumve pœna arbitraria corporali caſtigari poſſunt verum, & pœna mortis per prædicta iura puniendi ſunt, quinimo & vltra prædictas pœnas ſunt condemnandi ad reſtitutionem eius, quod vſurpauerunt cum maiori intereſſe ex glo. in l. cum quidam. §. eos, qui verbo notum eſt, ff. de vſur. quam ſequitur Bouadil. d. l. 5. c. 4. n. 86.

62 Rurſus ſi officialis Horrei, vel poſiti publici aliquid tritici, vel pecuniæ

niæ vsurpauerit, vel in ipsius proprios vsus conuerterit, aliquidve ex hoc lucrauerit deportationis pœnæ subjicitur, & in totius substantiæ suæ amissionem condemnari debet iuxta text. in l. 3. C. de condi. in publi. orreis ac rursus tale lucrum huiusmodi posito applicabitur ex Plat. in l. 1. C. de auro publi. perseq. id-
63 que tenet Auendan. 2. part. de exeq. mand. cap. 24. num. 3. ideoque oportet, quod administrator summa cum rectitudine in officio se gerat veridicamque rationem suę administrationis reddat, alias autem si ratio vera, & recta non fuerit, vt falsus a lege punitur, vt in l. 1. §. tutores, ff. de falsis, ibi *perinde puniantur ac si falsum commisissent*, & ibi hoc tenet Bar. ac itidem perpetua infamia notantur vt in l. 1. ff. de his, qui notantur infam. neque ab Imperiali beneficio, vlla absolutione huiusmodi notæ fruuntur, vt in l. fin. C. arbitr. tutelæ Damaud. de tutore c. 3. num. 4.

64 Denique sicut seuere contra Iudices, & officiales proceditur in visita seu syndicatu illos condemnando in pœnis priuationis officij exilij, & aliarum, vt supra ostensum fuit, ita visitatores in eorum sententijs, quando dicti Iudices & officiales laudabiliter se habuerunt in ipsorum officijs debent sententiam proferre de officio bene gesto, & per literas certiorem facere Dominum Regem, Proregem aliumque dominum superiorem de sententijs & decretis latis in fauorem dictorum iudicum, & officialium iuxt. text. in l. fin. C. de professo. & medic. lib. 10. l. per hanc, C. de num. & actuar. lib. 12. vbi Imperator Anastasius prouidet, vt in fine officij detur sententia absolutoria ad hoc vt officialis seu Iudex reddatur sufficiens ad promotionem aliorum officiorum. Iudex enim qui in officio laudabiliter se habuit est publice commendandus, vt l. iustissimos, C. de officio Rector. prouin. & l. 1. C. de stat. & imagin. vbi vbi Bar. plura cumulat de honore faciendo officialibus in fine officij, & ex hoc laude virtuosi iudices disponuntur magis ad virtutem, & è contra si male gesserunt sunt vituperandi secũdũ Paris. de Put. de syn. verbo commodo autẽ fol. 37. & facit tex. & ibi Ioan. de Plat. in l. vni. C. de quęstor. & magistr. offico. lib. 12. vbi qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt debẽt clamorisis laudibus populi cõmendari.

65 Et è conuerso, qui male se gesserunt tanquam iniusti, & malefici quærelarum vocibus sunt vno ore accusandi, vt in dict. l. iustissimos, & l. quoniam venerabilis, C. de Episcop. & Cleric. Hinc dixit Platea. in d. l. vnica, C. de Questor. & Magistra. quod Rex delectatur cum audit officiales suas collaudari a subditis de bono regimine officij, plura tradit Auil. in cap. 3. iudicium syndicatus num. 12. fol. mihi 265. Et ex his probatur bona syndicatorum officialium fama, Bertazol. consil. 81. sub num. 7. Rauden. consil. 49. num. 124. vnde Bald. in titulo de pace Constan. dixit, quod officiali in signum bonæ administrationis dabantur per communitates aliqua iocalia, vel armatura, seu vexilla, quæ deinde in signum bonæ administrationis deferebant ad alia officia. & in eorum introitu ponebant in fenestris Palatij, & not. Azeued in l. 7. n. 1. & 2. tit. 7. lib. 3. recopil.

66 Ex prædictis infertur, quod Iudex seu officialis absolutus per Visitatorem, potest acusatorem, seu quærelantem prosequi & acusare de iniusta quærela, & iniuria sibi illata, vt in auth. vt iudic. sine quoque

ſuffragio, §. ex aduerſo, Pariſ. de Puteo. in verbo (iniuria officialis) Cumia. in ſua praxi. de ſynd. capit. 24. num. 76. Auil. in cap. 1. prætor in verbo (donation) num. 41. cum ſequen. Cancer lib. 2. cap. 2. n. 165. in fine, & lib. 3. cap. 12. num. 45. & talis
97 accuſans indebite officialem in viſita ſeu ſindicatu debet acriter puniri vt tradit Teſtay allega. 9. num. 228. Alex. Raud. conſ. 50. num. 479. & ſeq. Cumia. in dicto cap. 24. n. 76.
68 vbi ponit quod in iſto caſu probare debeat officialis.

69 Vlterius vbi plures fuerunt officiales in officio ſubordinati, & vnica ſententia per viſitatorem omnes cõdemnati fuerint tenentur tunc inſolidum, quamvis in exequutione locum habeat inter eos remedium diuiſionis iuxt. text. in l. ſi multis, ff. de publica. vbi DD. communiter Pariſ. de Put. de ſyndic. in verbo plures officiales, Dom. de Ponte. deciſ. 10. num. 3. qui hoc intelligit ſi omnes
70 ſint ſoluendo ſubdens ita fuiſſe deciſum in ſupremo conſilio, ceterum talis officialis ſeu iudex in ſyndicatu
71 condemnatus non tenetur niſi in quantum facere poteſt, ita Mare. Anton. de Amat. deciſ. 16. num. 16. & ibi num. 26. dicit quod habens tale priuilegium carcerari non poteſt.

72 His ſubſequitur, quod ſententia lata contra officialem debet prius exequutioni mandari contra eum, quam contra eius fideiuſſores, eo quod ipſi conueniri non poſſunt, niſi excuſsione præcedente dato, quod renuntiaſſent beneficio de fideiuſſoribus per tex. in l. 2. §. fin. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuit. pertinen. & ibi Bart. & Alex. idem Bart. in l. 1. C. de conuenien. fiſc. debit. lib. 10. Pariſ. de Put. de ſynd. in verbo (ſubjicio) n. 11. in fin. fol. 121. Amod. Iuſti. in eod. tract. num. 207. & 208. Niſi tamen renuntiatum eſſet excuſsionis beneficio, alijq. priuilegijs, quo in caſu fideiuſſores tenentur etiam non excuſſo principali ad notat. per Bart. in l. 1. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Auil. in cap. 10. iudic. ſyndic. num. 4. fol. mihi 274. vbi admonet viſitatores quatenus in huiuſmodi fideiuſsionibus recipiendis recipiant fideiuſsionem late vt compræhendat omnem cauſam, & condemnationem, quæ contra officialem euenire poſſet, quomodocunque qualitercunque, & ex quacunque cauſa, vt ibi per eum quem ſequitur
* Gutier. lib. 1. qq pract. quæſt. 40. n. 2. in fi. referens ita fuiſſe iudicatum, de quo vide latiſsime Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 85.

73 Demum quia Viſitator vt ſuſpectus recuſari poteſt, vt tradit Pariſ. de Put. de ſynd. in verbo ſuſpicio, Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 236. Maſtril. de Magiſtr. lib. 6. cap. 3. n. 20. & 21. vbi ex ſua deciſ. 151. n. 77. inquit quod Prorrex poteſt etiam recuſari vti ſuſpectus & late diximus ſupra in cap. 6. per tot.
74 quare Doctorum ratio eſt, quia corda gerit imperator lites ſine ſuſpicione ventilari l. apertiſsimi, C. de iudit. l. ſpecialis, C. eod. Tiber. Decia. in 1. tom. crimin. lib. 4. c. 6. num. 2. & ſeq. Hinc fit, quod ſententia lata per Vi-
75 ſitatorem recuſatum vti ſuſpectum eſt nulla, ſicut, & omnia alia acta per eundem facta poſt recuſationem, vt not. Oſaſc. deciſ. Pedem. 84. num. 4. & 5. vbi teſtatur de communi, & magis communi opinione Burſat. conſ. 21. n. 22. lib. 1. & ante omnes Franc. in cap. cum ſpeciale de appella. ſubdens quod propoſita recuſatione Iudex nulliter procedit, quamuis in tali caſu adiunctum dari debere, & nõ remouendum eſſe Viſitatorem ſcripſerunt Marant. in ſpecula. part. 4. diſt. 5. num. 40. & Iacob. Laurent. in tract. de Iudice ſuſpecto, cap. 5. num. 24.

Sed

76 Sed an Visitatores, qui sub pœna tenentur proferre sententias, intra terminum eis per statuta terrarum præfixum, si intra illum eas non protulerint, possint lapso termino postea proferre. Responde, quod si tempus statuti, ad sententiandum, non statuitur instantiæ, sed Iudici, si ille intra illud tempus non declarauerit incidit in pœnam (dummodo fuerit requisitus) & tamen vtiq. post tempus poterit declarare, & sententiare, ex tex. in l. vnica, C. vt omnes iudices, tam ciuiles, quam crimi. late Roma. consil. 415. & 417. in fine Marsil. singul. 183. num. 1. Corra. cōs. 45. num. 16. & 17. vol. 2. Paul. Castr. cons. 184. vol. 1. & cons. 1. n. 5. vol. 3. Paris. de Pute. de syndic. verbo instantia col. 2. plures refert don Ludouic. a Peguer. in praxi rubr. 10. num. 4. & rub. 24. de sentent. post num. 1. Iacob. Cancer p. 3. c. 12. n. 78. 79. & 80. & 244. vsq. 258. vbi subdit ex Romano, & alijs, quod vbicunq. statutum ad finiendum causam præfigit terminum personę Iudicis verbis in eum directis lapsus termini nunquam excludit Iudicem, a cognitione, & pronuntiatione, & ex Mier. tradit instantiam syndicatus durare vsque ad triginta annos, & alia circa hæc refert quæ per te videas.

77 Illud autem te scire oportet, quod causa syndicatus, seu visitationis benignitatis causa id habet speciale, vt sententia lata ex eo quod nō est probatum transit in auctoritatem rei iudicatæ, etiam si fiat absolutio ob cōtumatiam non comparentium adeo quod officialis visitandus amplius molestari non potest ex tex. in l. si eo tempore C. de remis. pigno. c. fi. ext. qui matri. acus. non poss. & ita resoluit, Paris. de Puteo de synd. in verb. officialis: finito officio, Auil. in cap. 3. iud. syndic. n. 11. Paz. qui alios refert in cap. vnico, 1. tom. octau. partis n. 11. ad medium fol. mihi 206. & nouissime Ioan. Gallego in suo responso de synd. p. 1. c. 4. de sententia. absolutoria n. 13. & seq. vbi plura eruditione digna ad propositum refert.

78 Sententias vero a Visitatoribus prolatas, vbi ab eis appellatum non fuerit licite exequi posse nulli dubiū est, notat Mastril. in tract. de Magist.
79 lib. 6. c. 11. n. 7. Et similiter Visitatores suas sententias exequi poterunt, quando per statuta terrarum prohibita esset ab eis appellatio provt in Cathalonia prohibetur a sententijs latis per Visitatores domus Deputationis iux. c. 1. nouæ reformationis curiarum anni 1599.

Et quia materia sententiæ nimis prolixa est, & integrum codicem requirit habetq. titulos, & tractatus peculiares, vt in ff. de re iudica. & in C. de sentent. & in volumine Decretalium, & in lib. 6. & in Clementinis & apud nos in tit. de sentent. in vol. 1. const. pag. 400. & per D. Ludouic. a Peguer. in sua pract. Rub. de sentētijs per Iacob. Cancer lib. 3. cap. 17. & Marant. de ordine iudic. in 3. p. sextę partis actu. 1. per totum, & Rebuf. in repetitione legis, quod iussit ff. de re iudic. Panormita. in cap. querelam. n. 10 de electio. Iosep Cumia. in praxi. de synd. cap. 24. de sententijs per tot. Mastril. in tract. de Magistra. lib. 6. cap. 11. per tot. Bouadil. lib. 5. c. 1. n. 140. de la remissiō de las sentencias, & nouissime per Egregium Senator Ioan. Gallego in respons. de syndic. p. 1. c. 4. de sentētia absolutoria. Quibus in locis latissimo sermone agitur quid sit sententia, quibus verbis concipienda, in cuius personā proferenda, quid continere debeat, in quo diferat ab interlocutoria, & alia quā plurima ad materiam visitationis applicandas referuntur, ideo consulto sola remissione contentus omnia supradicta omitto.

81 Insuper te scire oportet, quod officialis condemnatus per Visitatorē si non fuerit cōdemnatus pœna corporali, sed pecunia, potest fideiussoribus relaxari ex pluribus, quos allegat probat Don Garcia Mastril. decis. 162. per tot. vbi etiam subdit, quod condemnatus ad pœnam arbitrandam per Excellētissimum dominum Proregem non potest fideiussoribus relaxari ante declarationē pœnæ, vt ibi per eum latius videre poteris.

82 Sed quid si tres Visitatores condēnauerit officialem, vnus scilicet in pœna trirremium per quinquenium, alter in exilium per triennium a tota Prouincia, & vltimus per vnum annum a Ciuitate tantum, quæ pœna exequi deberet: ex quo eorum vota nullatenus conuenire videntur, huic dubio satisfacit text. in l. diem proferre, §. si plures arbitri. ff. de recep. arbitr. vbi quærit I.C. si ex trib⁹ arbitris vnus in quindecim, alius in decem, & tertius in quinq. condēnet, cuius sententiæ stetur, & Iul. scribit quinq. debere præstari, quia in hanc sententiam omnes consenserūt sicq. in maiori pœna fouere rei venit officialis condemnatus, sicuti in simili casu fuit decisum, & iudicatum, refert Don Garcia Mastril. decis. 183. per tot. & vide etiam eundem in decis. 191. vbi agit an contra officialē

83 cognoscentem carnalitem mulierē cum violentia, procedi potest ad torturam nullis datis defensionibus, & in quam pœnam incidat talis, qui prætextu officij simile delictum committit.

84 Nota insuper, quod si sint plures Visitatores, prout in visita domus Deputationis in hoc Principatu sunt nouem Iudices, & ipsi in iudicando sint discordes, tunc standum est sententiæ plurium, quia in iudicijs obtinet, quod a pluribus fit, cap. de Episcopus 65. dist. cap. ei, qui. §. si plures, vbi glos. 2. q. 6. l. duo ex tribus, & l. diem proferre, ff. de arbitra. Specul. in tit. de senten. §. inita, col. 2. vers. ic. quid si inter tres, & in terminis per prædicta probat Sebast. Vant. in tractat. de nullitat. senten. tit. ex defectu iurisdic. num. 186. vbi a num. 175. cum seq. plures, & notabiles adducit quæstiones notatu dignas, quādo scilicet valeat sententia, vel non, vbi lata fuerit ab vno solo Iudice, absq. consensu aliorum suorum coniudicum, vel quid dicendum si interesse non possint, vel noluerin, an reliqui Iudices sententiā proferre possint, insuperq. an requiratur, quod

85 omnes Iudices sint in vnū simul cōgregati tēpore sententiæ proferendę & quod simul iudicent, vel an etiam valeat sententia, quando vnus Iudicū cognitioni causa præsens fuisset, & in presentia, aliorū votū suū dixisset, & postea recessisset, si post modum reliqui Iudices, illi taliter absente, sententiam ferrent, ac deniq. num valeret sententia nomine absentis lata, si post pronuntiationem fuerit per eundem absentem ratificata, hęc & alia ad hanc sententiarum, materiam curiosę refert, ad quem si copiosę scire desideras ibidem recurrere poteris.

CAPVT

CAPVT XXVII.

DE APPELLATIONIBVS INTERPONENDIS A SENTENTIIS CONTRA MAGISTRATUS, & officiales latis, vbi circa visitationem Ecclesiasticam respectu appellationum, aliqua notabilia notantur.

SVMMARIVM.

1 APPELLATIONIS remedium grauatis, oppressis commune refugium est, ac valde necessarium nuncupatur. antidotum seu theriaca contra venenum primi Iudicis, præsidium quæ innocentiæ, arx, & tutissimū refugium persecutionem patientibus, vt n. 2.

3 Iudex, qui in casu appellabili appellationem denegat mortaliter peccat.

4 Materia appellationis plenius pleniusquam alia est tractanda.

5 Appellari potest, a sententia lata in syndicatu contra Magistratū, Iudicem, & officialem.

6 Nulli officialium C. quorum appella. non recē. declaratur.

7 Officialis in Cathalonia dum taxat semel tantum appellare potest a sententia per Iudices tabulæ contra ipsum latā.

8 Iudices causarum appellationum Iudicum tabulæ infra triginta dies causas appellationum terminare, & declarare debent.

9 Officialis cōdemnatus per Iudices tabulæ in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum, vel minoris non potest in Cathalonia appellare.

10 Officialis in iudicio tabulæ condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra quingentos solidos, vel etiam de minori tangente infamiam, vel inflingente pœnā corporalem potest appellare.

11 Officialis vbi a syndicatu fuerit absolutus eius aduersarius poterit semel appellare.

12 Fiscus in causis syndicatus non appellat in Cathalonia.

13 Appellare quando licet tertio pluribus exemplis demonstratur, n. 13. & 14.

14 In appellatione licet non sit exprimenda causa, fallit tamen quā-

do appellatio interponitur per tertium.

16 Iudex causa appellationis habet iurisdictionem limitatam, circa ea, quæ in prima instantia vertebantur, & non super aliis.

17 Appellans licet regulariter posit in causa appellationis deducere, allegare & probare, quod in priori iudicio fuerat prætermissum, verū in iudicio syndicatus nō licet eidē appellanti nouas querelas proponere, nec noua instrumenta producere, cū causa appellationis syndicatus ex eisdē actis terminanda sit num. 17. quod maximè procedit in Catholonia, vt ibidem numer. 18. & redditur ratio num. 19.

20 Appellare an posit fiscus, & quod posit, sex referuntur fundamenta. n. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

27 Fiscus in Cathalonia de consuetudine, & legibus eiusdem Principatus non appellat.

28 Consuetudo Cathaloniæ, a principio prohibuit appellationem Fisco.

29 Constitutio Cathaloniæ similiter prohibuit Fisco, & qua ex causa id statuum fuit.

30 Fiscus in Cathalonia potest appellare in causis ciuilibus, vbi inrasset noua instrumenta, vel documenta, ad eius notitiam peruenisse, ex quibus sperasset sententiam, contra eum latam retractandā, vel in melius commutandam fore.

31 Appellare non licet Fisco in Cathalonia in causis syndicatus, nec aliis, & redditur ratio. num. 32. 33. 34.

36 Fiscus sicut in Catholonia non potest appellare a sententia contra eum in syndicatu lata, ita non potest adhærere appellationi per tertium interposite n. 35. quod tamen declara, vt eidem n. 36. 37. & 38.

39 Appellatio nulla non deuoluit iurisdictionem ad superiorem ad effectum cognoscendi de meritis causæ.

40 Pœne appellantium malè, & temere quæ sint.

41 Responsio ad argumenta pro fisco allegata num. 41. & sequentibus.

48 Appellatio recursus, nec supplicatio non admittitur in Cathalonia a sententijs latis per Visitatores domus insignis Deputationis, quod & in Aragonia idem obseruatur in sententijs latis per Deputatos illius Regni, n. 49.

50 Appellatio nō admittitur a sententia confirmatoria lata per iudicē causarū appellationū Iudicum tabulæ, verū licitum est dicere de nullitate vbi nullitas est notoria, & ita practicatur, & obseruatur in Regia Audientia, vt num. 51.

A sen-

52 *A sententia reuocatoria lata per Iudicem causarũ appellationũ an liceat appellare.*

53 *Appellans in syndicatu non potest nouas probationes facere, sed grauamen iustificare tenetur ex eisdem actis.*

54 *Appellatio interposita à sententijs latis per Iudices tabulæ in aliquibus casibus est repellanda per Iudicem appellationum.*

55 *Appellans nõ obtinens sententiam sui fauorem est in omnibus expensis condemnandus. secus autem quando sententia judicis appellationis est reuocatoria primæ sententiæ, quia tunc vtraq. pars censetur habere juxtam causam litigandi.*

56 *Appellare non licet officiali condemnato per dolum aut barateriam, sed ad superiorem recurrere poterit, n. 57.*

58 *Administrator condemnatus ad reddendas rationes suæ administrationis quamuis appellet cogitur eas reddere non obstante appellatione.*

59 *Executio sententiæ non suspenditur, contra curatorem, condemnatum ad reddendam rationẽ, per appellationem per ipsum interpositam.*

60 *Officiales condemnati appellant coram eodem Visitatore, & sisit absens n. 61.*

92 *Episcopus visitans prouinciam à visitatione, per eum facta super morum correctione nõ admittitur appellatio, & assignatur ratio n. 63.*

64 *Ampliatur etiam quod ad sedem Apostolicam fuisset appellatum, & inhibitio inde sequuta, quia nihilominus talis appellatio, & inhibitio, non suspenderet executionem eorum, quæ Episcopus decerneret, super his, quæ spectant ad visitationem, aut morum correctionem.*

65 *A Præcepto facto per Episcopum in actu visitationis alicui, de residendo in ecclesia non admittitur appellatio, nisi ex causa rationabili.*

66 *Abbas corrigendo monachum subditum suum, à tali correctione non datur appellatio, sed ab excessu correctionis bene admittitur num. 67.*

68 *Prælati in visitatione quandoque excedere solent vide remissiue multa de excessu prælatorum, & nu. 69. explicantur aliquos casus.*

70 *Appellatio vbi ab excessu interponitur requiritur, quod in appellatione exprimatur causa grauaminis, & assignatur ratio num. 71.*

72 *Abbas quando est nimis seuerus in corrigẽdo tũc ab isto excessu appellatio interponenda est ad capitulũ, & illud adhiberi debet.*

1

PPELLA-tionis remedium oppressis, & grauatis commune refugium est, ac ideo valde frequens, & necessarium. vt inquit Iuris Consultus in l.1. in principio l.a sententia, ff.de appellatio. cap. omnis oppressus, cap. ideo. 2. q. 7. Hinc Diuus Bernardus in lib. 1. de consideratione ad Eugenium testatur, appellationem esse grande, & generalem bonum mundo, idq. tam necessarium hominibus, quam sol mortalibus: nam sol iustitiæ est prodens, & redarguens opera tenebrarum. Quo circa Bald. in l. 1. in fine, C. de momenta. possess.

2 asserit appellationem esse antidotū seu theriacam contra venanum primi Iudicis, & in cap. cum speciali §. porro extra de appellationib. & ibi DD. vocatur appellatio præsidium innocentiæ, portus secutus naufragantibus, arx, & refugium tutissimum persecutionē patientibus. Hinc ideo

3 dicitur, quod Iudex, qui in casu appellabili appellationē denegat mortaliter peccat, secundum Nauar. in manua. cap. 25. num. 14. quem refert, & sequitur Bouadilla lib. 5. cap. 3. n. 78. sub litera H. vnde glos. in l. 1. in

4 princip. ff. de appellatio. dixit quod de hac appellationis materia plenius quam de alia est tractandum: nos vero cum presenti solummodo attingemus magis, quotidiana, & in praxi necessaria circa materiam visionis.

5 Premito igitur primum, quod de iure communi a sententia lata contra Magistratum, Iudicem, & Officialem in visita, seu syndicatu appellari potest secundum Specul. in tit. de appellatio. §. 3. Paril. de Put. de syndicatu, verbo (Appellatio) cap. 1. nu. 16. & 18. hanc esse ait magis communē & veriorem opinionem Caual. de Brachio regali. part. 5. n. 250. Auil. in cap. 9. iudic. syndicat. glos. Apelle Bouadil. lib. 5. cap. 1. num. 247. Sigismund. Scaccia in tract. quæst. 17. limit. 16. 9. & vers. quidquid sit, cui cōclusioni non refragatur tex. in l. nul-

6 li officialium. C. quorum appellatio. non recepi cap. ei, qui appellat §. nulli quoq. 2. quæst. 6. vbi probari videtur prohibitam esse appellationem a sententia contra Iudicem in syndica tu lata: Nam respondetur tex. illum non loqui de appellatione interponenda a sententia Iudicis syndicatoris, sed de appellatione interponenda a sententia Iudicis condemnantis suum officialem, a qua merito appellatio interdicitur, cum maxima præsumptio sit, quod Iudex aduersus suum officialem in iustam sententiā non proferat, ita illum tex. intelligit glos. ibi & in d. cap. ei qui §. nulli quoq. 2. q. 6. quam interpretationē sequitur ibi Bar. & Paul. de Castr. & Auiles in d. cap. 9. iudic. syndic. glo. appelle. num. 1. & Marant. de ordine iud. 6. p. actu. 2. num. 290. late Sigismund. Scaccia in tracta. de appella, q. 17. limit. 16. n. 1. 3. 4. & 5.

7 In Cath alonia vero officialis condemnatus semel tantam libere potest appellare, quia extat Cōstitutio 4. incip. Tot Veguer, ibi *mas aquell official se puxa appellar a Nos una vegada tant solament*, sub tit. de de offici de lutges de taula pag. 121. & adeo permittitur officialibus condemnatis appellare a sententijs contra ipsos latis, quia in eadem Constitutione dominus Rex promittit assignare, & deputare duos Iuris peritos idoneos, vnum in Ciuitate Barcinone, & alium in Ciuitate Illerdæ pro determinandis, & decidendis appellationib. quæ emittuntur

8 tuntur a Iudicibus Tabularum. Qui quidem Iudices appellationum secundum const. 7. incip. ordenà de cõsell. eiusdem tituli vers. *E nos ara de present* pag. 124. tenentur præstare sacramentum, & homagium domino Regi quod determinabunt secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiã dictas appellationes hoc est quamlibet earum infra triginta dies continuè subsequentes, postquam appellatio facta fuerit.

9 Præterea officialis per Iudices tabulæ condemnatus in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum vel minoris non potest a tali condẽnatione appellare, prout sic legitur in dicta const. 7. incip. ordenam, & in vers. ibi, Essi algu dels dits officials, pag. 124.

10 Sed vbi officialis in iuditio tabulæ fuerit condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra dictos quingentos solidos, vel etiam de minori tangente infamiam, vel inflingente pœnam corporalem poterit tunc appel-
11 lare semel tantum. Et similiter si fuerit officialis absolutus poterit aduersarius appellare semel tantum in casibus in quibus officialis condemnatus posset appellare, & etiam quilibet potest se iuuare beneficio appellationis alterius partis, vt hæc omnia notantur in dicta const. 7. incipi. ordenam, vers. mas de condemnacio de major valor dicta pag. 124. super quo vide notata per DD. in l. omnem C. quando prouo. non est necesse, l. ampliorem, C. de appell. & speculin. tit. de appellat. §. in quibus 2. p.

12 Notandum tamen est, quod in Cathalonia fiscus a sententijs contra se latis non appellat, vt probatur in consti. Serenissimi Regis Martini quæ est septima incip. per tolre vexations, sub tit. de appellationibus, quæ constitutio locum etiam habet, & procedit in iuditio visitationis in quo non licet fisco appellare, vt not. Mier. part. 1. cap. 7. de tabula. num. 85. colla. 4. fol. mihi 81. latæ & erudite probat Ioan Gallego in d. suo resp. de syndicat. part. 1. cap. 9. per totum.

13 Præterea circa hanc appellationis materiam, quoddam egregium, ac bene enucleatum dubium, referre, ac proponendum duxi, quod in hac patria acerrimè disceptatum fuit, per subtilissimum ac doctissimum Iosephum Ferrer Regiæ Audientiæ Principatus Cathaloniæ dignissimũ Senatorem, & nunc illius Decanum, Dominum meum summè colendũ, cuius tanti viri opera pro huius opusculi ornatu transcribere in eo decreui. An scilicet Don Alexandro de Lentoro in ciuitate Barcinone populato, vel Fisco Regiæ Visitæ in dicto Principatu Cathaloniæ contra Regios officiales dicti Principatus factæ licuerit appellare, a sententia cõtra dictum Fiscum quærelantem, & pro eodem Iosepho Ferrer Regio Senatore, in dicto Syndicatu lata 5. Ianuarij 1613. Et an fisco licuerit adhærere, prout adhæsit appellationi per dictum don Alexandrum a dicta sententia interpositæ die 14. dictorũ mensis, & anni, cui dubio per eundẽ egregium Senatorem sic responsum
14 & satisfactum fuit. Quod licet, alio condemnato, tertius cuius interest, ratione sui interesse, quandoque admittatur ad appellandum, vt dicunt I.C. Marcellus in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, ff. de appellat. & relation. & Vlpian. in l. 1. ff. de appellat. recip. tamen decipiuntur nonnulli Doctores, quorum vnus post alium frequenter currunt, vt dicit Antonin. Thesau. in decis. Pedemon. decis. 134. num. 15. qui affirmarunt quelecunq. interesse sufficere, vt tertius appellare possit: tũ quia Innocen. P.

3. in

3.in cap.cum inter de elect. decreuit quibusdam monachis a sententia inter alios lata appellare volentibus, appellationem fore denegandam, etsi aliquale interesse in ea causa habere prætenderent, tum etiam quia, si qualecunq.interesse sufficeret, frustra se fatigassent Iurisconsulti in tradendis exemplis ad declarandum cuius qualitatis debeat esse illud interesse quod requiritur vt tertius appellare possit a sententia inter alios lata, nam Marcel.I.C.in d. l. ab executore.§. alio condemnato, ff de appellat. & relatio. statim postquam dixit, alio condemnato, is cuius interest, appellare potest, immediatè addit, qualis est ille qui per procuratorem expertus est, nec procurator suo nomine appellauit. Et Martian. I.C. in l.5. a sententia, ff eo, inquit, *a sententia inter alios dicta appellari non potest, nisi ex iusta causa, veluti si coheres, in coheredum, vel legatariorum præiudicium, vel principalis in præiudicium fideiussoris, vel emptor in præiudiciũ vẽditoris* (propter periculũ euictionis: vt declarat Dida. Couar.in pract.qq.cap. 15. num. 4.) se condemnari patiantur, & coheredes, legatarij, fideiussores, vel vẽditores quærantur per collusionem pronuntiatum fuisse, nam & ij causam appellationis agere possunt, cum & sine appellatione tuti sint. Aliud exemplum proponitur in matre, quæ pietatis causa admittitur ad appellandum a sententia contra filium lata, vt dicit I.C. Vlp.in l. 1.ff. de appellat.recip. quod vltimũ exẽplum etiam de iure Canonico approbatum fuit, vt legitur in decreto, c. non solent 2.q.6 ex quibus exemplis satis colligitur, non omnibus generaliter qualecunque interesse habentibus, permissum esse appellare a sententijs inter alios latis, nisi ex iusta causa, vt dicit I.C. Martianus in d.l. a sententia in princ.ff.de appellat.& relatio. quæ correspõdeat causis propositis in exemplis prædictis. Et deo licet alioquin non sit causa exprimẽda in appellatione quæ a definitiua interponitur, sed satis ꝙ apud acta quis dicat, appello, vt dicit I.C. Marcel.in l.2.ff.eo. tamen in appellatione tertij, cum proponatur contra regulam iuris traditam a Martian. I.C.in d.l.a sententia in princ.& propter doli præsumprionem, non aliter admittenda est, nisi iusta causa grauaminis, vel præiudicij, per tertium appellantem ab initio proponatur & iustificetur, saltem semiplenè, vt dicit glo. in c. Romana §. si autem de appel. in 6. quam sequntur Dida. Couar.in pract. qq. c.15. in princ.& Andreas Gail.lib.1. obseruatio. Camerę Imperial.obser.122.n.5.inverſ. tertius casus est, & Franciscus. Viui. in decisionibus Regni Neapolis decis.291.num.6. Cumque don Alexãder de Lentorn, qui in priori iudicio syndicatus non egit, nec conuentus fuit, post latam sententiã contra fiscũ, & pro dicto Iosepho Ferrer Regio Senatore, ab ea vt tertius appellare voluerit, a limine huius iudicij repellendus est, cum non solum non iustificauerit se aliquã iustam appellãdi causam habuisse, imo in libello appellatorio (eo solo animo per eum porrecto vt dictus Ferrer per eũ exerceatur) calumnias quasdam exponere non dubitauerit, non ignarus, ꝙ fiscus de his quibus dictus D. Alexãder modo calumniosè conqueritur, nullum verbum dixerat in querela contra dictum Ferrer in syndicatu obl.15. Februarij 1612. vbi dumtaxat agebatur de iustitia, vel iniustitia cuiusdam Regiæ Sententiæ referente dicto Ferrer, & insequendo conclusionem in Reg. Aud. factam latæ 6 Febrarij 1610.

Item

16 Item ex eo dictus don Alexander vt tertius voluntarie appellans audiri non debet, quod nouissime per eũ in suo libello appellatorio exposita, nouas querelas continent, super quibus in iudicio appellationis, etiam si dictus don Alexandro appellare licuisset, quod negatur, ius dici non posset, cum iudex causæ appellationis habeat iurisdictionem per deuolutionem circa ea tantũ, quæ in prima instantia vertebantur, & non super alijs, vt dicit Mat. de Afflict. in decis. Neapolit. decis. 155. n. 3. Quod
17 multo magis procedit in appellationibus quæ interponuntur a sententijs in syndicatu latis, nam licet regulariter in alijs causis, appellans posit in causa appellationis deducere, allegare, & probare, quod in priori iudicio fuerat prætermissum, vt disposuerunt Imperatores Diocletianus & Maximianus in l. 6. cos qui, §. si quid autem in agendo, C. de appellat. & Imperator Iustinianus in l. 35. in offerendis §. fin. C. eo, & in l. 4. per hanc C. de tempor. & repa. appel. tamen in iudicio syndicatus non licet appellanti nouas querelas proponere, nec noua instrumenta producere, sed causa appellationis ex eisdem actis processus primitiui, terminanda, vt scribit Bouadil. in Polit. lib. 5.
18 cap. 1. num. 122. cum seq. Et demum ex eo appellatio per dictũ don Alexandrum interposita admitti nõ potest, quia in capit. 5. Curiarum per inuictissimum dominum Regẽ nostrum Philippum in Regno Aragonũ secundũ huius nominis in ciuita. Barcinone celebratum in ann. 1599. quo hæc nouissima forma visitæ introducta fuit, expresse præfigitur omnibus & singulis querelas in syndicatu offerre volẽtibus terminus quadraginta dierum, qui computari debent a die quo insinguis Vicarijs Principatus Cathaloniæ post adeum tum noui visitatoris vel Iudicis syndicatoris visita palam & publice per loca solita publicatur, quæ publicata fuit in ciuitate Barcin. vbi dictus dõ Alexander domicilliatus est die 9. Ian. 1612. & cum intra quadraginta dies tunc proximos & immediatè sequentes nullatenus fuerit conquæstus de dicto Senatore Iolepho Ferrer, nec potuisset audiri, si post dictos quadraginta dies de eo conquæri voluisset, igitur multo minus admitti nunc potest dicta appellatio per eum interposita 14. Ianua. 1613. a sententia absolutoria in dicta regia visita pro dicto Ferrer lata die
19 5. dictorum mensis & anni. Nam quando certus terminus a lege præfigitur ad dandum quærelas, elapso termino, quærelantibus penitus audientia denegatur, & præscripta est actio si quæ eis competeret, & sua cuique negligentia imputanda est, & omnes scire debent iura vigilantibus, & non dormientibus subuenire, & post lapsum termini dictorum quadraginta dierum omnes regij officiales dictæ regiæ visitæ subiecti, præscriptione tuti sunt: vt dicit Th. Mier. tom. 1. collat. 4. fol. 83. col. 1. n. 36. super consti. 2. domini Regis Iacobi secundi edita in curijs generalibus Barcino. anni 1311. incipienti ordenam de conselll, quæ in noua compilat. Constitutionum Cathaloniæ est const. 7. sub. tit. de offici de lutges de taula, pag. 122. vbi n. 39. affirmat visitatores in syndicatu cognoscere nõ posse de quærelis per partes ante dictum tempus sibi traditis, & multo minus de quærelis post tẽpus in capitulo curiæ præfixum oblatis, de quibus late tractat Bouadil. in Polit. lib. 5. c. 1. num. 170. cum seq. & cap. 3. n. 133. & nouissime Iacob. Cancer in 3 par. variar. resol. cap. 12. de officio Iudicum tabulæ n. 21. cum seq. dicens quod temporis lapsus est fat-

fortior defectus, quam renunciatio expressa vel tacita: & quod exinde processus in syndicatu post lapsum dicti termini factus est nullus, & quibi pars permittit labi tempus, statim ius quæsitum fuit Regijs Officialib' taliter quod super factis præteritis, ad instantiam partis, non possunt amplius molestari. Et quod don Alexãdro non licebat in prima instantia post lapsum dictorum quadraginta dierũ, multo minus ei licebit in causa appellationis post lapsum vnius anni, nam quod vna via prohibetur, alia non permittitur, reg. cum quid de regu. iur. in 6. nec debet indirecte cuipiam concedi, quod ei directe pro hibitum est, l. palam §. si cum palam ff. de ritu nupti. late Surd. in consil. 301. n. 73. & in cons. 427. nu. 40. Et quod Iudices syndicatores non possint recedere à prefixione termini d. c. 5. cur. Barcin. ann. 1599. constanter tenet Thom. Mier. in d. colla. 4. fol. 83. col. 1. num. 39. dicens quod syndicatores, qui debent punire officiales non seruates cõstitutiones Cathaloniæ nihil contra eas facere possunt, imò eas ad litteram seruare debent, prout expresse in eodem cap. 5. continetur. Ex quibus etiam constat sententiam absolutoriam pro dicto Ferrer in syndicatu latam nullum præiudicium parasse, nec parare potuisse dicto don Alexandro, cum etiam ante dictam sententiam ius, si quod an tea sibi competeret præscriptum esset per lapsum supradictorum 40. dierum. Et hæc quoad appellationem tertij, pro nunc satis sint dicta.

20 Quo vero ad appellationem & seu adhæsionem fiscj procuratoris, dubitatur an fisco liceat appellare a sententijs contra eum, & pro Regijs Officialibus in syndicatu latis, aut saltẽ adherere appellationibus, quæ per partes instantes à dictis sententijs interponi solent. In qua quæstione pro fisco allegari possunt quæ sequuntur.

21 Primo quod in iudicijs seruanda est æqualitas reg. 3 iudicijs de re. iur. i 6. & ibi late Dynsted priuatus a sententia pro fisco lata appellare potest siue causa sit ciuilis, siue criminalis l. non tantum ff. de appella. l. litigatoribus. C. eod. l. furti in princ. ff. de his qui notan. in fam. & l. 3. C. de re iudicat. ergo & fiscus, qui non debet esse deterioris conditionis, sed melioris Specul. in tit. de testi §. post quã sub numer. 7. Ias. in l. 1. numer. 36. ff. solu. matr. ita argumentatur Anton. Peregrin. in suo tract. de iure fisci li. 7. tit. 4. num. 12. & 13.

22 Secundo quia fisco nulla lege reperitur prohibitum, quominus appellare possit a sententijs quæ contra eum feruntur: ergo nec probabilier dubitari potest, an fisco ius appellandi competat, ita argumentantur Anton. Gabr. in arario commu. opin. lib. 7. concl. 14. num. 1. & Peregrin. in d. tractat. de iur. fisi. lib. 7. titul. 4. num. 1.

23 Tertio quia licet de iure Cod. fisco dumtaxat permissum fuerit, quod ope restitu. in integ. posit intra triẽnium instare retractationem sententiarum quibus contra eum iudicatũ fuerit, & post id tempus, si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, prout statuit Imp. Alexan. in l. vnic. de sentent. aduers. fisc. latis lib. 10. C. tamen de iure ff. communiter receptum est fisco appellationem esse permissam ex resp. I. C. Marcel. in l. 9. illud ff. de appellat. & rela. qui interrogatus, an pupillus vel respub. in integ. restitui deberent, cum aduersus eos pro libertate iudicatum esset respondit quod licet minor, & respub. quæ iure minoris vti solet, generaliter posint in integ. restitutio. implorare l. 1. C. de offi. eius qui vic. alicu. iudicis obti. & in l. 4. respub.

pub. C. ex quibus causis maior, & in l. Rempubli. de iure Reipubli. lib. 11. C. tamen hoc benficiū restitutionis in integ. eis concedendum non esse aduersus sentētias pro libertate latas, sed appellationem fore necessariam, vnde inferunt communiter DD. Reipublicæ ius appellā di competere, & consequenter fisco.

24 Quarto, quia fiscus regius visitæ appellauit in pluribus causis, in quibus contra eum, in nouissimo syndicatu iudicatum fuit, & forsan idem fecit in syndicatu proxime præteriti, & minime sunt mutanda, quæ certam habuerunt interpretationē, l. minime, ff. de legib.

25 Quinto quia in cap. cur. anni 1599. quo hæc nouissima forma visitæ introducta fuit, expresse dispositū est, quod à sententijs visitæ prædictæ liceat appellare ad suam R. M. in supremo Reg. Coro. Aragon. cōcilio, quod cum generaliter permissum fuerit, etiam fisco censetur permissum, nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publi. in rem ac. & semper specialia generalibus insunt, l. semper, ff. de legul. iur. nam quod prædicaturde genere, prædicatur etiam de qualibet eius specie, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. prestan.

26 Sexto & vltimo, quia si fiscus appellare potest, vt ex prædictis constat, dubium non est, quin etiam adhęrere potuerit appellationi per dictū dō Alexandrū interpositæ, nam si id quod plus est licet multo magis licebit id quod est minus, l. non debet, ff. de reg. iur. l. nec in ea §. sed qui occidere, ff. ad leg. Iul. de adult. l. in suis, ff. de libe. & posthn. Et appellatione alterius quis iuuari potest, etiā si non appellauerit, nec appellare potuerit, voluit Imper. Iustin. in l. fi. C. de appell.

27 Sed prædictis non obstā ntibus, in Principatu Cathaloniæ de consuetudine, & legibus dicti Principatus cōtraria opinio verior & æquior est, & ab ea nullatenus recedere possumus, vt ex sequent. apparebit.

Nam quicquid sit de iure cōmuni Romano id in Principatu Cathaloniæ attendendū nō est. Imo tam in procedendo, quam in iudicādo, ius propriū Cathalanorū in Principatu Cathaloniæ obseruādū est, & iuri Cę sareo præferendū, & etiā Pontificio, in tēporalibus, prout expresè fuit dispositū per dominū Regē Petrū 3. in prag. data Barcinonæ 23. Februarij 1380. quæ in noua cōpila. pragma. Cathalonię est prag. sub tit. de leys, vsatges, y cōst. pag. 28. quod etiā nouissime cofirmatū fuit per serenissimum dominum Regem nostrū in cōst. 40. curiarū Barcinonæ anno 1599. & ex presè in materia syndicat⁹ circa quā versamur per suam Maiestatem dispositum fuit in c. 45. dictarum curia. anni 1599. quo hæc noua forma visitæ regiorum officialium erecta fuit, quod visitatores, & seu syndicatores ante omnia teneantur iurare, & etiam excommunicationis audire, quibus adstringantur ad obseruandam iuris communis Cathalanorum, & quidem esset res mali exempli, & cō sequenter vitanda, l. obseruandum, ff. de iudicijs, l. exēplo, C. de probat. quod ij qui singulis sexennijscū magnis sumptibus generalis Gathaloniæ ad dictum principatum accedunt, ad effectum præcipuè puniendi regios officiales non seruantes leges & consuetudines Cathaloniæ, quodeas ipsi non seruarēt, vt dicit Mier. tom. 1 collat. 4. colum. 1. num. 38. fol. 83. super const. dñi Regis Iacobi 2. curi. Barcin. anno 1311. incipit. Ordenā de consell: quæ in noua Cōpila. est 7 titu. de offic. de lutges de taula, pagi. 12. Et super const. domini Regis Ferdinā. primi cur. Barc. anni 1413

incipit, Per tal que las leys del Principat de Cathalunya, quæ est prima in corpore voluminis nouæ compil. const. Cathaloniæ, pag. 1. vbi Mier. tom. 2. collat. 9. fol. 89. colu. 2. num. 6 declarat appellatione iuris communis Cathalanorum contineri quasdã leges Gothicas, vsaticos Barcinonæ, stabilitos per Raym. Bereng. Comitẽ Barcinonæ, quarum eius nominis & cõstitutiones Cathalaniæ capitula curiarũ cõsuetudines generales & speciales ac priuilegia.

28 Hoc autem ius Cathalo. quo fisco ius appellandi à sententijs contra eũ latis generaliter denegatur, ab initio erat quodam ius non scriptum, sed consuetudinarium dicti Principatus, à multis seculis receptum, & inconcusse obseruatum, vt scriptum reliquit Iacob. Cali. in quodam opuscu. suo inscripto Margarita fisci, dub. 4. num. 5. quod scribere cõpleuit die 1. Maij 1424. provt ipse dixit in vlti. col. dicti opuscu. in vers. 8. & vlt. pagi. 136. colum. 2. cui de dicta consuetudine attestanti plena fides adhibẽda est, nedum propter eius antiquitatem, sed etiam quia ipse in dicto Principatu Cathaloniæ fuit Regius Consiliarius, & fisci aduocatus serenissimi domini Regis Ferdinandi 1. pro vt ipse refert in princ. dicti opuscu. pag. 3. col. 1. in vers. Et quia dudũ, ante num. 3. Quod ius appellandi, etiã dato quod de iure ciuili fisco competisset: de consuetudine generali vel particulari alicuius Prouinciæ, sibi tolli potuisse probant Iul. Clar in sua pract. crimin. in §. fin. q. 94. num. 3. & Mynsing. in suis centur. centur. 4. obseruat. 41. num. 1. & Gayl. de pace publ. lib. 1. c. 20. num. 36. Nam sicut cõsuetudine in dicto Principatu Cathaloniæ acquisiuit fiscus quod etiã si sit pars actor vel reus in causa nihilominus eius patronus in decisione illius habet votum decisiuũ tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vt refertur in Constitu. domini Regis Martini cur. Barcinonæ anno 1409. incipit, Per tolre vexacions, quæ in noua compilat. const. Cathaloniæ est 7. sub titu. de appellat. pag. 408. quod procedit siue fisci patronus sit de numero Doctorum regij concilij Principatus Cathaloniæ, siue non, vt testatur Michael Ferrer, qui fuit primarius dicti Regij concilij, in 3. p. obseru. Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, c. 7. & 8. Et sicut fiscus plura alia priuilegia & prærogatiuas ac quisiuit, in quibus fuit factus melioris conditionis, quã sint priuati, quarum 92. recensetCalic. in sua marga fisci. dubi 3. per totum, ita etiam consuetudine illius prouinciæ in hac parte potuit fieri deterioris conditionis, vt dicit idem Calic. in dicta Marga fisci, dubio 4. in princi. iuncto nu. 15. Et consuetudinis tanta est auctoritas, quod argumentum ab ea sumptum necessarium reputatur, etiam de iure ciuili, & vim legis obtinet, vt dicit Vlpian. l. C. in l. prospexit. in princip. ff. qui & à quib. & in l. 1. ff. de donatio. inter, &c. Et quod consuetudines Cathaloniæ in dicto Principatu, pro legibus habeantur, constat ex vsat. Barcinonæ, incipit, Vnaquæque gens, posito in noua compil. const. Cathaloniæ sub tit. de vsat. constit. &c. pag. 42. Et ista consuetudo denegandi fisco appellationem tãtam in se cõtinet æquitatẽ, quod etiã in Curia Romana approbata fuerit, ex dispositione Bullæ Pij II. Papæ 4. quæ incipit, Reformatio tribunalis Auditoris Cameræ, in vers. c. Minus etiam, quæ est 74. fol. 755. Et in regno Neapolit. recepta, vt dicunt Maranta de ordi. iudi. part. 6. actu 2. princip. in vers. c. Et quandoque appellatur, num. 328. limitat. 22. Caravit. super rit. 258. num. 1. & Thom. Grama, decis. 14. in fi. in tota Italia dicta con-

consuetudinem seruari dicit Farin. in suis qq. crim. q. 101. num. 32. & dictam consuetudinem laudat Sigism. Scaccia in tract. de appell. lib. 3. ca. 2. q. 17. limit. 4. 9. nu. 1. vbi nu. 3. scribit dictam consuetudinem generaliter seruari in omnibus Prouincijs & locis in quibus iura particularia prohibent appellationem, quia sub generali prohibitione intelligitur etiã fisco appellationem prohibuisse: Idẽ tenet Migon. deci. Lucen. 58.

Et ista consuetudo denegandi fisco appellationem in Principatu Cathaloniæ originem traxit ex antiquissima consuetudine ciuitatis Barcinonæ vbi ab vrbe condita fisci procuratores, nũquam fuerunt soliti appellare à sentẽcijs cõtra eos latis, quinimo nec ab eis appellare possunt, de qua consuetudine ciuitatis Barcinon. testatur Iaco. de Monte Iudaico super vsat. incipit. De omnib⁹ causis. Quæ consuetudo Barcinonæ, ex eo fuit introducta, quod in dicta ciuitate dominus qui dat iudicẽ ad cognoscendũ de causa in qua ipse habet interesse, non appellata sententia contra eum lata, vt constat ex cap. 16 priuilegij vulgo dicti recognouerũt proceres per Dominũ Regũ Petrũ 2. dictæ ciuitatis Barcinonæ cõcessi in mẽse Ianuar. 1283. positi in vol. nouæ cõpil. pragma. Catha. sub tit. de lascõsuetuds de Barcelona, pag. 23. seu verius 32. Et hinc est quod cum fiscus representet personam sui principis, à quo iudices dãtur, æquum semper visum fuit, quod fiscus non appellaret a sentẽcijs, quæ contra eum, & in fauorem subditorum eiusdem principis proferuntur: quia non est verisimile iudices à principe datos contra eundem principem vel eius fiscum, & in fauorem subditorum indicaturos fore, nisi iustitia exigente argumen. eorum quæ tradunt Doct. in §. fin. init. pro socio. & in l. 1 §. 5. ff. si mẽsor fal. mod. dixer. & in l. nam & seruus, in fin. ff. de negoc. gest. & in l. nulli officialiũ. 3. C. quorum appella. non recipiuntur.

29 Et quia non obstante dicta vniuersali, & antiquissima consuetudine ciuitatis Barcinonæ & totius principatus Cathaloniæ, fisci procuratores dictam consuetudinem interrumpere, & seu impugnare tentabant à sentẽtijs contra eos latis de facto, appellando, & subditis ac vasallis domini Regis vexationes & molestias inferendo: ideo in curijs generalibus per Serenissimum dominum Regem Martinum in ciuitate Barcinonæ celebratis de anno 1409. ad tollendas dictas vexationes fiscalium, ad supplicationem trium stamentorum principatus Cathaloniæ fuit factum cap. curiæ dictas consuetudines & iura non scripta ad ius scriptum redigendo, & generaliter cautum fuit, quod nullus fisci procurator in dicto principatu appellare vllo modo posset à sententijs criminalibus cõtra eum latis, seu 30 in posterũ ferendis, nec à sententijs contra eum latis in causis ciuilibus, nisi in vno tantum casu in dicto cap. curiæ expresso, videlicet quãdo post latam sententiam in causa ciuili fisci procurator intulisset noua instrumenta, vel documenta ad eius notitiam peruenisse, ex quibus sperasset sententiam contra eum latã retractãdam vel in melius commutandã fore, prout in dicto cap. Curiæ continetur, quod in noua cõpilatione est 7. sub titu. de appellat. pag. 408. quo etiam cautum fuit, quod vbi postea constasset fiscum malitiosè appellasse, condemnaretur in expensis de proprijs bonis ipsius soluendis, vel in defectum bonorum, in alia pœna æquiualenti, hoc est, quod si non haberet in ære lueret in corpore, vt declarat Thomas Mier. tom. 2. col. lat. 8. fol. 69. colum. 3. num. 1. & fol.

72.col.1.n. 61.super dicta const. seu cap.curiæ Reg.Martini.

31 Et hinc est quod etiam si iudicium syndicatus,circa quod versamur, judicium ciuile diceretur,nõ posset in casu occurrenti fisci procurator appellare, cum non iurauerit, quinimo nec asseruerit aliqua noua instrumenta ad eius notitiam peruenisse,& de appellat.i causa ciuili per fiscum interposita,non præstito prius iuramento, nullam rationem haberi posse,obstante supradicto capit. Reg. Martini. affirmat idem Thomas Mieres tom.secundo collat. 8. fol. 71.col.4.num.55.quanto magis quod in causa appell.interpositæ a senten.in syndicatu pro eum cui ius appellandi competit,non possunt noua instrumenta produci vt supra dictum est:ex traditis per Bouad.in po-
32 lit.li. 5.c 1.n.122.cum seq. At iudicium syndicatus judicium criminale est, & non ciuile,vt patet ex modo procedendi,quia in eo proceditur,& procedendum est juxta c.5.cur. Barcin. an.1599. per processum offensionũ, & defentionum, & vtrobiq. testes recipiuntur non citata parte ad videndum illos iurare, a reo exiguntur confessiones,eidem publicatur inquisitio,& traditur copia illius,cum termino ad se defendẽdũ,& tandẽ condemnatur quandoq. si casus exposturet ad pœnam corporis,vel honoris affectiuã,quæ procedimenta criminalia sunt,& non ciuilia. Quibus consequens est, vt concludamus a sentẽtijs in iudicio syndic. contra fiscum latis in Princip. Cathalo. cum nullatenus appellare possit,prout cõcludit Tho.Mier.super d.c.cur Reg. Marti.per illum tex.tom.1. colla. 8. fol.69.col.1.n.1.& 2.

33 Et nemo decipiatur existimans ius appellandi per d.const.seu. c.cur. Reg.Marti.in Principa.Cathalo.fisco dumtaxat denegatum fuisse in causis vertentibus in R. Aud.d. Principatus,ex quo in eis fisci aduocatus habet votum decisiuum prout legitur in eodem c.cur.domini Regis Marti.quinimo ex jure consuetudinario ciuita.Barcin.& Princi.Cathalon. supra relato generaliter fisco interdictum fuit ne a sententijs contra eum latis appellare posset, & ratio finalis d. prohibitionis nullatenus fundatur in voto quod fiscus prœber in causis fiscalibus ciuilibus, vel criminalibus in Reg. Aud. Princip. Cathalon vertentibus,imo fundatur in illa consuetudine scripta ciuitatis Barcinon.quæ legitur in supradicto priuilegio Reg. Petr. secundi vulgo dicti Recognouerũt proceres, capit. 16. posito in volum. 2. pragm. Cathal. sub tit.de consuetu. de Barc.p.23.seu verius 32.quo cauetur q. dñus qui dat iudicem in causa non appellet a sent.contra eum in ea causa lata. Item dicta prohibitio facta fuit ad tollendas vexationes,& ne fiscus per huiusmodi appellationes, subditos vexare posset, hæc causa finalis d. prohibitionis, satis deprehenditur ex prohemio d.c.cur.dñi Reg.Mar. incip.Per tolre vexacions, vbi legitur. Per tolre vexacions que de algũ temps en ça per part del fisch son estades fetes a molts, sie merce vostra senyor estatuir prouehir y ordenar,que ningũ procurador fiscal pugui apellar,& postea sequitur. Plau a sa Magestat.Nã causa finalis alicui⁹ dispositionis ex illius prohæmio sumenda est,Surd.in decis. 298.nu. 30.cum sequent.Et cum timor dictæ vexationis æque militet in quibuscunq. tribunalibus, & multo magis in judicio syndicatus in quo vigent odia, & rancores: hinc est quod sub dict.generali prohibitione (introducta de iure consuetudinario ciuitat.Barcino.& totius Princip. Cathalon.confirmata per dict.cap.cur. domi-

domini Reg. Marti.) ne in liceat fisco appellare a sententijs contra eũ latis, comprehenduntur etiã sententiæ contra fiscũ latæ in iudicio syndicat⁹ Et dictam prohibitionem generaliter esse intelligendam, tam in causis Reg. Audien. in quibus fiscus vocat, quam in alijs quibuscunque tribunal. Principat. Cathalon. in quibus fisci patronus non habet votum deciliunm, affirmat, Mieres in dict. cap. cur. domini Reg. Martin. tom. 2. colla. 8. fol. 70. col. 3. nu. 29. & 30. & fol. 71. collat. 2. nu. 47. Nam cum fiscus regulariter non teneatur subire onus expensarum litis, etiam si in causa succubat, vt dicant Bal. in l. qui crimen n. 20. C. qui accus. non pos. & Boc. in decil. 324. subditos pasim vexaret, & hoc modo obuiatur calumnijs, & vexationibus fiscalium, de quibus non semper multum confidi tur, vt dicunt Grammat. decis. 60. numer. 21. Cranet. consil. 168. dub. 2. Bertazol. consil. 390. & 391. & Bajar. ad Iul. Clar. in §. fin. q. 62. num. 4. & Cali. in Marga. fic. dub. 4. n. 15. in fi. vbi testatur se vidisse plures regũ litteras directas vicario, & Bajulo fisci, & consequenter alijs curijs extra Reg. Audien. quibus fisco iniungebatur, ne a sententijs contra eũ latis
33 appellaret. Et in terminis quod a sententijs contra fiscũ latis in iudicio tabulę vel syndicatus, quod idem est, vt dicit Iac. Can. in 3. p. var. ref. c. 12. de offic. jud. tab. n. 13. & 6. non liceat fisco appellare in Princip. Cathalo. tener idem Mier. tom. 1. coll. 4. fol. 85. col. 3. n. 83. super const. 2. dñi Reg. Iacob. 2. cur. Barcinon. anni 1311. quæ est 7. const. de offic. de Iurge de tabula pagina 122. anni 1311. qua fuerat data forma singulis triennijs syndicandi regios officiales temporales, & seu triennales Principatus Cathalonię, qui nominantur vicarij & baiuli, vt Mier. expresse dicit. Nota quod si in iudicio tabulæ vel syndicatus, regius officialis fuerit absolutus, & sententia fuerit contra fiscum lata, fiscus ab ea non poterit appellare, iuxta supra dict. cap. curiar. Reg. Martin. quod incipit, per tolre vexations. Et auctoritas Thom. Mier. in Principatu Cathaloniæ semper magna fuit, qui super constitut. Cathaloniæ scripsit de anno 1439. vt ipse dicit in præf. fol. 2. col. 2.

34 Et hoc quidem æquissimum est, ne super minimis causis, qualis est ista de cuius appellatione modo agitur, Senatores supremi Principatus Cathaloniç inquietentur, & magnis fatigentur dispendijs, ita vt forsan totius litis æstimatio ad sumptus iudiciales non sufficiat: vt dicit Imperat. Iustinian. in nouell. constitu. 23. & seu in authent. de appellat. §. illud etiam coll. 4. Et cum appellationis auxilium odiosum sit, ex quo in se continet quærelã iniquitatis sententia iudicis syndicatoris a quo idẽ fisci procurator creatus fuerat, vt dicit Anton. Fab. in suo C. lib. 7. tit. 15. def. 8. num. 4. in allegat. ideo in causa syndicatus non est fisco concedẽdum, sed omnino denegandum ex reg. odia de regul. iur. Et in terminis, quod procurator fiscalis deputatus ab eod. iudice syndicatus, nec de iure ciuili admittatur ad appellandũ a sententia per suum iudicem contra se lata, tenet Innocen. in cap. clamor de testib. quem sequitur Gabr. in volu. commu. lib. 7. opin. conclus. 14. num. 7. Et quod fiscus, qui congratulari deberet cum suo Principe, cuius causam ipse agit, de bono statu Reipublic. de innocencia, probitate, & integritate Regiorum officialium, & præcipuè Senatorum, de qua tunc veré dicitur constare, quã quærelati in syndicatu absoluti fuerunt, quod tunc idem fiscus ab huiusmodi sententijs absolutorijs, pro

regijs officialibus, in syndicatu latis, prouocare velit, in Principatu Cathalon. nunquam hactenus fuerat auditum.

35 Et eadem ratione, eodemque iure quibus fiscus prohibetur appellare a senten. contra eum in syndicatu lata, censetur etiam prohibitus ne adhærere potuerit, provt de facto & nulliter adhæsit, appellationi temere, & in casu prohibitio interpositæ per don Alexand. de Lentorn, ne contra
36 regulas iuris in cap. (cum quid de regul. iur. capit. inde cler. coniun. in 6.) quod fisco vna via prohibetur, alia permitatur: nam licet appellatius de iure ciuili iuuari possit appellatione per suum aduersarium interposita, & ei adhærendo, contra senten. in causa appellationis excipere, & ea quæ desiderat proponere, & petere quod aliquid addatur sententiæ vel ab ea detrahatur, vel quod sententia aliter reformetur, vt dicit Imperat. Iustinian. in l. final. C. de appellat. quod etiam approbauit consuetudo Barcinon. scripta in supradicto priuil. recognouerunt proceres in cap. 26. vbi dicitur dominus qui dat iudicem, non appellat a sentent. contra eũ lata, nisi subditus appellaret, quia tunc dominus potest petere meliora mentum, vtendo appellatione ipsius
37 subditi. Hoc tamen dumtaxat procedit, quam appellatio interponitur ab aduersario, veluti si in casu occurrenti interposita esset per Iosephus Ferrer, pro quo dicta sententia in syndicatu lata fuit, tunc fiscus bene potuisset adhærere dicti appellationi & se illa iuuare, non obstante quod in aliquibus parlamentis & signanter in parlam. Tholos. contrarium seruatur, nam in illa curia nisi quis appellet, sententia in eius vtilitate non reformatur, vt dicit Auferr. in addit. ad decis. capell. Tholos. in addit. ad decis. 358. Sed d. Ioseph. Ferrer non appellauit a d. sententia imo decisionem illius rectè fictam fuisse contur, nec fiscus a dicta sententia appellauit, nec appellare potuit, & sic quo ad fiscum etiam in iudicatum transacta fuit, quo fit, vt de adhæsione fisci procuratoris visitæ facta appellationi per don Alexandrum nullatenus interpositæ, nulla ratio haberi possit, tam ex prædicta causa, quam etiam ex eo, quod adhæsio prædicta per fisci procuratorem facta, non fuit subscripta per fisci patronum d. visitæ, & in Principatu Cathalon. fisci procurator solus non auditur, imo procuratoribus fiscalibus penitus audientia denegatur, nisi quatenꝰ venerint cum scedula aduocati fiscalis, & hoc contrarium facere tentauerint, pœna priuationis officii eis imponitur, in const. 4. sub tit. de aduocats y procurados fiscals pagina 108. quia in omnibus actibus fiscalibus tam iudicialibus quam extrauiditialibus adesse debet præsentia vel consensus aduocati fiscalis. vt dicit Imper. Alexand. in l. 2. C. si aduers. fiscum, quod etiam confirmatum fuit per constitut. 5. sub tit. de aduocats y procurados fiscals pagina 108. quod cum generaliter dispositum fuerit propter requiem reipub. & ad auferendas vexationes subditorum, & ad eos releuandum a laboribus & sumptibus, vt in dicta constit. dicitur, generaliter accipiendum est, tam in iuditio quam extra, vt dicit Mier. tom. 2. coll. 9. fol. 101. col. 4. num. 13. super constit. 4. supra allegat. & deficiente d. subscriptione fisci aduocati, in dubitatum est corruere actum d. adhæsionis fisci procuratoris ex defectu formæ substantialis & statutariæ, vt dicit l. C. Vlp. in l. 8. cum hi §. si prætor ff. de transact.

Et ex eo potissimum adhæsio d. fisci procuratoris rejicienda est, quod ipse adhæsit appellationi per don Alex.

38 Per don Alex. de Lentorn nulliter in & in casu prohibito interpositæ, nã cum principalis appellatio non subsistat, vt supra probatum est, nec adhæsio, quæ eam sequitur, locum habere potest, vt dicit I. C. in l. cum principalis, 139. & in l. nihil, in ff. de reg. iur. late Dyn. in regu. cũ quid probibetur, de reg. iur. quia accessorium non potest esse dignius & potentius suo principali, vt dicit idē P. I. C. in l. si rem 24. §. 1. in verf. si quis, iuncto §. seq. ff. de rei vendic. Cum igitur nulla sit appellatio per d. don Alexandrum interposita, pariter nulla censeri debet adhæsio per fiscl pro curatorem visitæ, d. appellationi facta, & qui non potest cognoscere de appellatione prædicta, minus potest cognoscere de dicta adhæsione, vt dicitur in l. 1. C. de ordi. iudi, & in l. 3. C. de iudi. Quod intelligo de meritis
39 causæ appellationis, vel adhæsionis, nam quoties constat appellationem nulliter, & in casu prohibito interpositam fuisse, per talem appellationē, vel per adhæsionem ei factam nō deuoluitur iurisdictio ad superiorē, ad effectum cognoscēdi de meritis causæ, sed tantum an fuerit appellatum in casu de iure permisso, vel à iure prohibito, & contra formam consti. & vbi apparet contra formam constitut. non debet superior amplius appellantes nec adhærentes audire, ex quo sibi euidenter constat per talem inualidam appellationem non fore iurisdictionem ad eum deuolutam, vt dicit Mier. tom. 1. collat. 4. fol. 86. col. 1. & 2. n. 92. & probat Anto. Fab. in suo C. lib. 1. tit. 12. def. 5. n. 3. & nu. 5. vbi ait quod quãdo appellatio est nulliter interposita in eode statu est sententia in quo esset, si ab ea appellatū non fuisset, & quod iudex causæ appella. declarare debet appellationem fore inualidam, & appellantes condemnatos in expensis remittere, vt ei cit Mier. vbi prox. num. 93. quinimo ne omnibus passim appellandi facultas præbeatur, male & temere appellantes condignam pœnam sustinere debet l. eos qui §. 6. ne temere C. de appell. & in l. 5. ab executione in fin. C. quor. appel. non recip. vbi temerarios prouocatores 50. librar. argenti animaduertione mulctandos esse statuitur, & alij voluerunt, vltra d. pœnam, etiam extra ordinem esse puniendos vt dicit Acurs. in d. §. ne temere in verb. pœnam in fin. quem sequitur Bart. ibidem. Et licet nonnulli dixerint sufficere, quod male appellantes condemnentur in expẽsis, damnis, & interesse, & quod non debent alijs pœnis affligi: tamen isti non loquuntur de appellatio. nedum temere sed etiam calumniose interpositis, per terrium qui in priori iudicio nō egerat, aduersus quem ad est præsumptio doli, vt dicunt Couar. in pract. c. 15. in princ. & Viui. decisio. 291. n. 6. ne cloquuntur de appella. quæ interponuntur calumniose à sententijs absolutorijs pro regijs official. in syndicatu latis: nam huiusmodi calũniatores similitudine supplicij puniendi sunt, & in eandē pœnam incurrunt, qua calumniatus puniendus esset, si de his de quibus impetitur conuinceretur, iuxta dictum Philosophi: Qui fodit foueam, incidit in eā: sagitta non lædit lapidē, at tamen resiliens sæpè dirigentem vulterare consueuit, & hoc voluerūt Imp. in l. si. C. de accusatio. & sisco regio incumbit Senatoriam dignitatē defendere, & contra eos qui famā regiorum cõsiliariorū denigrare proponunt insurgere, nam quando calũnia fit sacratis personis magistratib' vel Senatoribus, etiam si aliter atrox non esset ex qualitate personæ atrox efficitur, & acrius punitur, vt voluit Rom. Ponti. in c. vni. de calũniat. & multis exẽplis probat Meno. de arbitr.

casu

casu 322. & Farin. tit. de accusa. q. 16. num. 17. & cum don Alexander libello appellatorio voluerit calumniare d. Ferrer reg. Senato. de quibus in syndicatu non fuerat impetitus, vt ex quærela per fiscum in syndica. obla. manifeste constat, & de his de quibus nullum præcedit, nec præcedere potest indicium, clare liquet dictum don Alex. de vera & atroci calumnia esse conuictum, quælibet enim mēdax & malitiosa infamacio calumnia est. vt tenet Soto de iust. & iu. lib. 4. q. 6. art. 3. col. 7. vbi secundū cum vera & euidens calumnia dicitur, quando nullo præcedente indicio, quis famam alterius denigrare proponit, idem tenent Angelus in l. athleta. §. calumniator, ff. de his qui not. infam. & Barbat. in cons. 47. colu. 2. lib. 1,

41 Ex prædictis facile desumitur responsum ad fundamenta in contrarium supra pro fisco adducta. Nam.

42 Ad 1. respondetur, quod sicut in multis fiscus de consuetudine, & ex legis dispositione fuit effectus melioris conditionis quam sint alij homines priuati, ita etiam de consuetudine & ex legis dispositione potuit in aliquibus fieri deterioris conditionis, & in iure appellandi fiscum effectum fuisse deterioris cōditionis in principa. Cathal. satis constat ex supradictis, vbi Cali. in terminis allegatus est.

43 Ad 2. similiter respondetur, quod quicquid sit de iure communi Romanor. in Catha. tamen, iam dictum est, ex particulari illius iure, tam scripto, quam non scripto appellatio fisco prohibitam esse.

44 Ad tertium fundamentum etiam respondetur, quod licet ex magis recepta sententia de iure ciuili Romanor. dicatur fisco permissa appellatio ex ibi allegata l. illud, ff. de appella. tamen ibi I.C: nō dixit id procedere in causis criminalibus, & multo minus à sententijs in syndicatu latis, imo legem prædictam ad causas ciuiles tantum restringendam esse, affirmare non dubitauit Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 7. tit. 4. de sent. aduers. fisc. latis n. 1. in prin. Et etiam si contrarium de iure Romanor. esse fatemur, nihilominus de iure cōmuni Cathalanorum, quod in his sequēdum est, semper fuit fisco prohibita appellatio, vt supra probatum est. Et istud syndicatus iudicium hoc saltē habet præcipuum, vt in eo non licuerit vnquam, nec liceat, de iure ciuili Romanorum fisco appellare à sentētijs contra eum latis: nam cum vtroque iure Pontificio & Cæsareo iudicibus in syndica. condemnatis prohibitum esset appellare, vt in c. ei qui appellat §. nulli quoq. 2. q. 6. & in l. 3. C. quor. appellat. non recip. non est verisimile legum latores voluisse fisco permittere quod officialibus prohibebant.

45 Ad 4. sumptum ex aliquibus appellationibus per fiscum de facto Interpositis, & seu ex aliquibus vexationibus per fiscum factis, respondetur. Primo legibus & non exemplis iudicandū esse, vt inquit I.C. in l. sed licet, de offi. præsid. non tātū spectandum est quod Romæ factum est, quā quod fieri deberet. Secūdo in Cathalo. nullam consuetudinem vel vsum posse induci, nec trahi in consequentiam cōtra ea quæ iuribus illius prohibita sunt, imo abusus appellantur, & corruptelæ, prout expresse disponit const. 17. mes auant, sub titu. de obser. const. pag. 55. Tertio non constare admissioni appellationum fisci, si quæ interpositæ per ipsum sunt, fuisse per eos, quorum intererat, contradictum, & de iure multa tollerantur siue contradictione, quæ ea existente non permitterenrur, vt tenent communiter dd. & signanter Bart, in

in l. r.§. accusationem, ff. ad S. C. Turpil. Iul. Clar. in practic. crimin. §. fin. q. 15. n. 4. inverf. Sed pone. Gui. Pap. decif. 221. & Mistinger. obser. 49. centur. 6.

46 Ad 5. sumptum ex cap. 5. cur. anni 1599. quo indefinitè permittitur appellatio à sente. in syndicatu latis, respõdetur quod in d. c. 5. si illius verba perpendatur, reis cõdemnatis dumtaxat permittitur appellatio, nõ autem fisco, aut alijs, si eis in suis quæreliis sit sensum imponatur: quod patet ex eo quod appellatio in d. c. 5. permissa, ita permittitur quod dumtaxat operetur effectum devolutiuum, non autem suspensiuum executionis pœnæ, ad quam quærelati essent cõdemnati: aut saltem appellatio in d. c. 5. permissa tantum cesetur his quibus alias de iure Cathalo. permissum est appellare à sentẽtijs in syndicatis, videlicet partibus instantibus, & reis, non autem fisco: quod euidenter colligitur ex const. 7. Ordenam. sub tit. de offic. de lutge de taula, pag. 122. nam in 5. col. d. cõst. circa fin. inverf. incip. E si algu, expressè permittitur quærelato condemnato appellatio, & in verf. immediate sequent. incipit, E semblantment, ipsi quærelato aduersus absolutionem officialis: sed de fisco nullum verbum, nec tale priuilegium fuisset vnquam cõcessum, nec à Curia generali Catha. vnquã supplicare tentatũ: & ideo Mier. super d. const. to. 1. col. 4. fol. 85. col. 3. n. 83. postquam dixerat officiali, & parti quærelanti permissum esse appellationem vigore dictæ const. addit, fiscus autem à sententijs in syndicatu contra se latis appellare non potest.

47 Ad 6. & vltimum respondetur, quod si officialis appellasset, potuisset vtique fiscus appellationi sui aduersarij adhærere, cæterum quod id sibi permittatur respectu appellationis, quæ per suum instigatorem interponatur, maxime quando nulliter & in casu prohibito, pro vt in occurrenti, in nullo iure cautum reperitur, nam cum principalis appellatio non subsistit, nec adhæsio quæ tali appellationem sequitur, subsistere potest. Et cum his fuit dubio proposito congruè, & eruditè satisfactum.

48 Similiter in Cathalonia à sententijs latis per visitatores officialium insignis domus Deputationis, nõ datur supplicatio, recursus, nec appellatio, vt probatur in cap. 1. nouæ reformationis generalitatis Curiarum anni 1599. id ipsumq. obseruatur in regno Aragoniæ, vt tradit Hieron. Portol. ad Molin §. Deputati, n. 30. vbi dicit quod in Aragonia non potest cõqueri de iniustitia sententiæ Deputatorum.

49

50 Insuper officialis, seu Iudex condemnatus per Iudices tabulæ, si eius sententia postea fuerit confirmata per iudicem appellationis, nõ potest amplius appellare, vt probatur in Consitit. 4. sub tit. de offici de

51 jurges de taula, pag. 120. bene tamen poterit dicere de nullitate, præcipue quando nullitas esset notoria ita vt aliqua probabili dubitatione offuscari non posset, extraditis per Vincent. Honde. cons. 27. num. 42. lib. 1. Surd. cons. 354. num. 14. notat in terminis Cance. var. p. 3. c. 18 n. 25. cum seq. vbi refert ita fuisse practicatum in Regia Audientia de anno 1603. referente eruditissimo, ac omnibus numeris absoluto dño Hieronymo Astor, mihi patre summe honorando.

Sed quid si Iudex huius appellario

52 nis reuocauerit sententiam iudicum tabulæ, num ab huiusmodi sententia reuocatoria poterit etiam secũdo appellare, & Mier. in d. cap. 7. de tabula collat. 4. num. 84. fol. mihi 85. propo

nendo

nendo dictum dubiũ,& illi satisfaciẽ do videtur affirmatiuè respondere, ea ratione motus:quia casus iste est omissus à constitutione,&cõsequenter remanet in dispositione iuris cõmunis,in quo licitum est bis appellare,& semel supplicare,Auth. Quæ supplicatio,C.de precib. imper. offeren.Cancer d.cap.18.num.31.ac etiã inquit: Quia non videtur par ratio: quia cum iudices tabulæ sint tres,nimirum si nõ permittatur nisi semel appellari,sed Iudex appellationis est vnicus,& ita non est in tantum de eius sententia præsumendum cum id quod à pluribus quæritur,melius inueniatur,cap.de quibus 20.distinc.& ex eo dicitur , quod firmum est iudicium,quod plurimorum sententijs confirmatur,vt in cap.prudentiã extra de offic.delegat. Verum postmodum prædictis non obstantibus, contrarium resoluit, & iure quidem nam cũ dicta constit. 4.d. titu.de offici de Iutges de taula,pag.120.tãtum permittat semel appellare,idq.procedat tam in officiali , quam in parte quærelante,vt notat idem Mier. p.1. cap.3.num.13.14. & 16.collat. 4. fol. mihi 54.& in d. cap.7.de tabula,nu 84.ad medium, foliomihi 86. ideo videtur non licere secundo appellare,vt sic concludit ibidem in dictis locis idem Mieres referens ita fuisse iudicatum.

53 Appellans autem in syndicatu cõtra officialem, debet iustificare grauamen,ex eidem actis, & processu, adeo quod nec potest nouas probationes inducere contra ipsum officialem,ita not.Gram.in cons.54. n.16. quem refert & sequitur Bajard. ad clar.p.73.n.37.

54 Appellatio interposita à sentẽtijs, latis per Iudices tabulæ extra casus & contra formam Constitutionis 7. incipit,Ordenam,dicto titu.de offici de Iutges de taula,pag.124.est repellenda per Iudicem appellationis, per quem est declarandum appellationẽ vti in casu prohibito, & non concesso interpositam fore &esse inualidã, appellantemq. tali casu inomnibus expensis condemnandum esse , ita Mier.p.1.d.ca.7.de tabula, num,92. colla.4.fol.mihi 87.Auil.in ca.prætor,21.Glos.costas:& confert quæ tradit Paz in pract.tom.1.quintæ partis cap.1.§ de praxi recusandi,nu.9.fol.

55 mihi 183.vbi subdit , Quod appellãs venit condemnandus in expensis, si non obtinet sententiam in sui fauorem,quæ condemnatio non fit in sẽtẽtia reuocatoria, quia vtraque pars tunc censetur habere iustam causam litigandi ex doctrina Pauli Castren. in l.fin.n.3.ff.de re iudicat,

56 Officialis autem cõdemnatus per dolum,aut baratariam appellare nõ potest,tenent Carpa.ad stat. Mediola.cap.131.num.40.volu.1.Rol.singula.131.Lancelot.in tracta. de attenta. rub.de appellat.pendent. limita. 20. Caualc.de brach.regal , p.5. nu.150. vers. At si officialis.Sigismund.Sccatia in tract.de appella.p.17.limit.18. nu.9.vers.(Sed in crimine.)Sed non

57 est sublatum remedium confugiẽdi ad superiores,Marant.de ordine iudic.6.p.verb.Reclamatio,num.11.& in supplicatio,n.12.p.6.actu.2. Lancelot. de attentat. cap.12. limita.10. nu.16.

58 Administrator autem condemnatus ad reddendas rationes suæ administrationis, quamuis appellet,cogitur eas reddere non obstante appellatione,vt referunt & sequuntur Lãcel.in tract.de attentat.p.2.cap.12.de attent.& innou.appell.pendent.limita.19.princip.n.1.& 2.tom.5. fo.370. Rugin.in tract.de appell. §. 2. cap.3. sub num.56.vers.Idem. Sigism.Sccatia in tract.de appella.q.17.limit.29.

59 nu.1. Et ꝙ in tutore condemnato ad reddendam rationem tutellæ nõ suspenda-

pendatur executio sententiæ contra ipsum latæ per appellationem, scribit Borgnin. Caualcan. in tract. de tutor. & curator. num. 113. tom. 8. pag. 2
60 fol. 349. Scien. tamen est, quod appellatio per officiales interponenda est coram ipso visitatore ad tradita per Franc. in cap. si iustus, collat. 4. de appellatio. & Ioseph. Cumia. de syndic. cap. 25. subdens, quod si forte
61 prolata sen. ētia profecti fuissent syndicator, & commissarius, vel alia ex causa, non pote. it coram eis appella re tunc coram honestis personis appellans poterit, vel coram superiore, quod tutius esset, & talis appellatio infra decem dies à die sententiæ latæ interponenda esset, Authe. hodie, C. de appellat. aliàs posset sententia exequi, de qua re vide Gutier. pract. quæstio. lib. 1. q. 39. 40. & 41. vbi multa in materia deduxit.

In hac eadem materia appellationis super visitatione ecclesiastica est animaduertendum, quod in visitatio
62 ne, quam facit Episcopus, præsertim ad correctionem morum ab ea non admittitur appellatio, vt disponit sacrum Concilium Tridentinum cap. 10. sess. 24. de reformatio. & scribunt Lancellot. tract. de attenta. p. 2. ca. 12. de attent. in nou. appel. penden. limi tat. 18. princ. num 6. fol. 370. Rugine. tract. de appel. §. 21. cap. 3. num. 46. Marches. tract. de commiss. p. 1. de cō
63 miss. appell. extra Rom cur. cap. 6. num. 78. fol. 78. Et prædictorum ratio est, quia vbi agitur de cultu diuino, & aliquid decernitur fauore Ecclesiæ, & ipsius cultui diuini, tunc ne interim diminuatur vel pereat ab illo decreto, non datur appellatio suspensiua, Rebuf. in tract. de sentē. prouis. in præfatio. num. 37. & 38. in fine tom. 1. fol. 229. Et sic non datur appellatio in his, quæ ex ipsa visitatione procedunt, vt in dicto sacro Concil. Trident. cap. 10. sess. 24. de reformatio. Marches. in loco proximo citato, vbi etiam subdit, quod si Episcopus procedat in exemptos, seu aliàs priuilegiatos, contra eorum priuilegia dabitur appellatio: & vbi apparuerit de exemptione, seu priuilegio illa gesta reuocarentur, Manfr. tract. de attent. appell. penden. lib. 2. concl. 50. fol. 248. Lancellot. tract. de atten ta. p. 2. cap. 12. limita. 18. nu. 2. & seq. fol. 369.

64 Adeò Episcopus in visitatione priuilegiatè procedit, vt non solum appellatio ad superiorem mediatū, sed etiam appellatio aut querela interposita ad Sedem Apostolicam, & etiam inhibitio non impedit, nec suspendit executionem eorum, quæ Episcopus mandat, decernit, aut iudicat in his, quæ spectāt ad visitationem, aut morum correctionem, ita eleganter Cō cil. Trident. dicto cap. 10. in fine, sessio. 24. de reforma.

65 Hinc infertur, quod si Episcopus in visitatione facit alicui præceptū de residendo in Ecclesia, ille nō potest appellare ab illo præcepto nisi alleget aliquam rationabilem excusationem, Franch. in cap. 28. peruenit, el 2. notab. vltim. num. 5. de appella. vide Concil. Triden. sess. 23. cap. 1. in fine de reform.

66 Infertur etiam, quod à correctione quā facit Prælatus regularis, puta Abbas in subditum monachum, nō datur appellatio, cap. 3. ad nostram, & ibi Franch. num 3. & Cardin. Alex. in princip. num. 10. vers. Vltimo nota, & Deci. num. 1. de appella. Et quod à correctione seu disciplina ecclesiastica non appelletur, & ideo religiosus non possit appellare à pœna imponenda, secundum regulam suam, seu secundum statuta sui ordinis, cū ea statuta sint eis leges sanctæ scribit Franch. in cap. 26. reprehensibilis, nota. 3. n. 9. de appell.

67 Est tamē aduertendū, quod quādo corre-

correctio Episcopi aut Abbatis haberet excessum, tunc datur appellatio, vt notat Specul.tit.de appell.§ in quibus autem casibus,num.14. Franch. in cap.de priore,31. sub num.2. versic.Quando modus.Cardina.Alex.in dict.cap.ad nostram,num.3.& Deci. num.1.& seq. de appell. Maranta in suo specul.p.6.actu 2.princip. in verbo,Et quandoque appellatur, lim.27 sub num.333. Greg.Tolos.in tract.de appell,lib.2.cap.10,nu.1.& 8.fol.156. Ruginel.in simili tract.de appell.§.2

68 cap.3.num.229. Et de excessu Prælati in visitatione, vide multa congesta à Panuin.in tract.de visita. par.1. q.10.per totam,fol.189. & seq.

69 Inter alios excessus, qui in visitatione considerari possunt,vnus ex illis principalis est,quod ea, quæ grauia sunt, non possunt in visitatione diffinitiuè terminari, sed solum per viam prouisionis,quia si determinãtur diffinitiuè,omissis solemnibus iudicij, daretur visitationis excessus,à quo potest appellari, quia nulla est causa,in qua possit prohiberi appellatio ab excessu,l.ab executione, & ibi Bart.in princip.& Salicet.num.1. C.quorum appella. non recip. Roma.cons.41.num.1. Vestr.in practi. lib.7.cap.3.sub num.9. vers. Sed & inter alias,fol.196.Rota diuers.decisio.100.num.17. versic.Quarto. p.1. Cæsar Barz.decis.55.num.6.Et quod nulla sit causa in mundo,in qua non possit appellari ab excessu modi, refert & sequitur Rebuff.in tracta. de sentent. execut. artic.7. glos.12. sub num.4.fallent.2.tom.1.fol.373. & cõmuniter omnes in diuersis locis, pro vt de communi opin.testatur Galles ad form. camer.oblig. est post proces. incident sub num. 11. tom.6. p.2.fol.364.

70 Illud autem oportet animaduertere, quod vbi permittitur appellare ab excessu, necessarium est, quod in appellatione exprimatur causa grauaminis, siue ad correctionẽ procedatur in iuditio,siue extra iuditiũ, siue ante sententiam, siue post sentẽ-

71 tiam,ita Franch.in d.cap. ad nostrã, sub nu.4.de appellatio. Et ratio est, quia quando ius resistit appellationi nisi in certo casu,tunc appellans debet exprimere illum casum,vt sic appareat appellatum in casu concesso, vt notat idem Franch.in d.c.ad nostram,n.3.in fine.

72 Tandem est notandum,quod quãdo Abbas est nimis seuerus in corrigendo, tunc ab isto excessu appellatio est interponenda ad capitulũ, & illud debet adhiberi, secundũ eundẽ Franch.in cap.reprehensibilis, n.13. & Deci.n.3. de appell.

(§.5.)

CAPVT

CAPVT XXVIII.

DE MAGISTRATIBVS, ET OFFICIALIBVS INIVSTE, ET FALSO QVÆRELATIS, ET QVALITER EISDEM

post finitam residentiam succurrendum sit, aduersus falsos, & calumniosos quærelantes.

SVMMARIVM,

1 Magistratus, & officiales, ab improbis, & falsis calumniatoribus in residentia quandoq. pluribus modis cruciantur.

2 Magistratus, durante residentia, ab omnibus magno respectu haberi, & honorari debent, quia multa, & magna priuilegia a iure habent, quorum aliqua enumerantur.

3 Magistratus offendens, tempore syndicatus, pœna capitalis est plectendus.

4 Calumniatores iniustè, & falso Iudices & officiales quærelantes, acrius puniuntur, quam si priuatos quærelassent.

5 Talionis pœna, ex consuetudine generali recessit ab Aula.

6 Calumniæ pœna successit hodie in locum pœnæ talionis.

7 Talionis pœna olim exercebatur, & fuit de iure diuino inuenta.

8 Calúniatoris pœna est hodie pro quocunque delicto ordinario, siue extraordinario, extraordinaria, & iudici arbitraria.

9 Calumniator falsus, etiam in causa ciuili puniri potest, pœna corporali.

10 Calúnians iniuste officialem in causa ciuili, punitur amissione litis, & in criminali confiscatione bonorum.

11 Calumniator tenetur ad damna, expensas, & interesse.

11 Calumniator in causa barataria cõdemnatur in quadruplicatis expensis.

12 Iudex de barataria conuictus, tenetur ad restitutionem quadrupli.

13 Solitus quærelare, in duplicatis expensis condemnatur.

14 Actio iniuriarum competit Magistratibus, & officialibus falsò quærelatis, aduersus falsos, & improbos quærelatores.

16 *Fiscus per calumniam querelans, tenetur ad damna, & interesse, ac etiam pœna ignis punitur.*

17 *Declarat vt procedat, quando est in vera calumnia, secus in præsumpta, quia necessitas officij eum excusat.*

18 *Consules, aut Iurati Ciuitatum, seu vniuersitatum, seu illorum Syndici calumniosè querelantes Magistratũ de eorum bonis propriis, & non vniuersitatis, condemnari debent.*

19 *Querelatores officialium succumbentes redduntur infames.*

20 *Accusans officialem, & non probans omnia deducta, succumbit, & redditur ratio. nu. 21.*

21 *Qualitates omnes in querela deductæ, sunt probandæ, alioquin querelans succumbit, & punitur. n. 22.*

23 *Clericus calumniator per Iudicem laicum in pecuniariam pœnam condẽnari potest, non vero in corporalem.*

24 *Iudex laicus, an sit Iudex competens clerici, in causa recouentionis.*

25 *Cautela datur Magistratibus, & Iudicibus, vt reconuenire valeant querelatores.*

26 *Consilium optimum Bouadillæ traditur super recuperatione damnorum, & expensarum, à falsis querelatoribus.*

27 *Querelater falsus potest condemnari in eadem sententia, in qua officialis absoluitur, & post sententiam per viam principalis actionis.*

28 *Causa iusta excusat a calumnia tã in ciuili, quam in criminali, & num. 29.*

30 *Causa iusta excusandi querelatorem ab expensis, Iudicis arbitrio remittitur.*

31 *Querelator excusatur a calumnia, si a testibus fuit deceptus.*

32 *Item si credidit viro fidedigno.*

33 *Dictum viri fidedigni excusat credentem a dolo, & pœna.*

34 *Necessitas officij excusat, a præsumpta calumnia, secus a vera.*

35 *Tutor excusatur a præsumpta calũnia.*

36 *Hæres accusando super morte occisi, excusatur a præsumpta calumnia.*

37 *Mulier etiam propter sexus fragilitatem, excusatur a calũnia præsumpta.*

38 *Querelator, qui per testes inhabiles suam probauit querelam, si illorũ defectus sibi non erant dati, excusatur a calumnia.*

39 *Causa iusta licet excuset a calũnia, nõ tamẽ excusat fatua & iniusta.*

40 *Causa fatua & iniusta, licet regulariter excuset delinquentem, id tamen procedit in extraiudicialibus, secus in iudicialibus.*

Hoc

1 HOC vltimo loco, pro huius operis complemento, non videbitur à nostro instituto alienũ, breuiter referre, quibus modis magistratibus, & officialibus iniustè, & falsò quærelatis, succurri possit aduersus improbos, & falsos quærelatores, qui vt inimici supremæ potestatis abhorrent magistratus, eosq. odio prosequuntur, tum falsis testibus, tum verbis, & opere illos palam, & publice per plateas, & curricula dehonestãtes, irritantes, prouocantes, ac in summa angustia torquentes: & quod magis dolendũ est, quandoque non sine vulgari aplausu, & plerunque homunculi quidã insolentes, & sine verecundia solo suo appetitu, & insolẽtia moti formare non pertimescunt libellum famosum contra magistratum virum integræ famæ, & opinionis, capitib⁹ infamib⁹ plenũ, nõ reminiscẽtes & reminisci debẽtes, ꝙ magistra
2 tus, durãte residentia debẽt ab omnibus tam supremis iudicantibus, eorumq. ministris, & officialibus, quã ciuibus Regionis, & etiam ab ipsa Respublica honorari, & magno respectu haberi, eo quia durante ipsa visitationis causa, durat adhuc tunc radius, & splendor dignitatis & iurisdictionis suæ, argum. l. fœminæ, ff. de senato. l. si liberam, C. de nuptijs, l. fi. ff. de decurio. Paris de Put. de syndicat. post euidentialia, num. 1. & 2. verbo, Durante officio. Quinimo omne ius statuit ut magistratus, & officiales dùm syndicantur, interim gaudere & frui multis priuilegijs, honoribus, titulis, & magna acceptatione apud omnes censeri, eisdemque, premium, locum, & acubitum semper assignando, vt in l. 1. C. de præpos. sacri cubicul. lib. 12. l. 2. C. de præfect. prætor. eodem lib. & ibi Plat. num. 2. & 3. & hinc dixit Bouadiila lib. 5. cap. 1. folio 761. dictis magistratibus, & Prætoribus in Ecclesia pacem ante omnes esse dandam.

Et hac de causa iure statutum fuit,
3 quod offendentes magistratus, & officiales tempore syndicatus, pœna capitis plecterentur, vt notat Iul. Clar. in §. fin. q. 67. versic. Iniuriam faciẽs, Pute. de syndica. in verb. Iniuria, & in verb. Officio syndicatorũ, n. 2. Rõdine. in simili tractat n. 268. & Caual. de brachio Regal., p. 5. n. 139. & 260. vbi alios refert dicẽs, quod si Prætor, durãte syndicatu offẽdatur, punitur offẽsor, ac si offẽderet illũ durãte officio, per tex. in Auth. sine quoquo suffragio, & Bal. in l. obseruare §. proficisci. q. 7. ff. de offic. procõs. & Menoch. in addit. ad Cas. 163. ait de illo, qui ficas iudici fecit, Thesau. decis. 229. & Bertazo cõsil. 17. nu. 15. & qui de ipsis magistratibus, & iudicibus male obloquũtur. dicũtur infames, ex tex. in l. iudici, ff. de iniur. & acrius puniũtur, quia cõtra morsus detrahẽtiũ est magis detestata, & acriter indicta pœna vt testãtur sacri Cãnones in tit. de maledict. & in tit. de iniur. & dãnis dat. & in legi. Imperiali. sũt duplicati tituli in ff. & C. de iniur. Et tanto magis existimatur delictũ, quãto magis perpenditur pœna, l. respiciendum, ff. de pœn. & iuxta qualitatẽ pœnæ, delictũ maius, atq. minus reputatur.

Hinc extat dispositũ, quod quærelã
4 tes falso, & iniustè magistratus, iudices, & officiales grauius puniãtur, quã si priuatos quærelassent, vt per Paridem de Puteo in tract. de syndica. in verb. Iniuria officialis, cap. 1. per tot. Rondinel. in eod. tract, nu. 67. & seq. Amad. in simili tract. pag. 10. colu. 4. vers. Quæ autem, Boss. in tit. de offic. corrup. nu. 35. & 37. Quibus in locis prædicti DD. tenent, & præsertim ipse Boss. quod falso quærelantes officiales puniantur pœna mortis, per text. in §. ex aduerso, & ibi glos. in Auth. Vt iudices sine quoquo suffragio.

5 Olim verò florente ætate exercebatur pœna talionis contra falsos quæ relatores ad similitudinem supplicij, ea scilicet quam mercabatur accusatus, si delictum de quo accusabatur cõmisisset, ex tex. in l. 18. calumniatores, ff. ad S.C. Turpil. l. fin. C. de calúto. Authen. sed nouo iure. C. de adulter. cap. 1. 22. q. 3. cap. 1. 2. 3. & 45. q. 6. late Menoch. de arbitr. casu 321. n. 1. & leg. Quæ quidem pœna fuit etiam de iure diuino, vt videre licet apud Ester, & Eldras in fine libri cap. 8. vbi cum Aman de falso crimine accusaret Mardocheum detecta falsitate per Regem Assuerum, coram quo iudicium pendebat, absoluit Mardocheũ, & Aman suspendi mandauit. Quod idem in Leuitico continetur ca. 14. ibi: *Qui irrogauerit maculam cui libet ciuium, sicut fecerit, sic fiat ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet.* Et Exodi cap. 21. habetur. *Sin autem mors eius fuerit sequuta, reddat animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, adustione pro adustione, vulnus pro vulnere, &c.* id ipsum. legitur in *Deutero. c. 19. & 20.*

6 Vnde si hodie quæratur, an hæc grauis talionis pœna plecterentur, vtique vitiliti maligni, cautius discerent alibi crimina, cum falsa, tum simulata, in iudicio proponere, & in alienos calumniatoribus gloriari, sed iniformia Magistratuum, & iudicum visita nouorum, ea vsque peruenit, quod huiusmodi pœna ex generali consuetudine ab aula recepta, vt asserebat Menochius dicto casu 321. num. 2. Clar. §. fin. quæst. 62. Petrus Gregor. de syntagmat. iur. 2. par. lib. 31. cap. 10. num. 3. & alij plures, ex quibus

tiali ius. Et reuera nec iustissimam pœnam, quæ reprobatam extirparunt, adeo quod ipsa experientia rerum magistra docet, Magistratus, & iudices, post vt fortasse laboriosam, difficilem, & onerosam, nec expensas recuperantes, quod dolens, & proclamant omnes grauissimi authores, qui de hac re scripserunt, inter quos notanda sunt verba illa Segaræ de Aualos in cap. 1. par. 2. direct. iudic. num. 14. ibi: *Vera autem ratio, quare hæc iustissima pœna talionis ab aula recesserit, ni fallor, cupiditas fuit iudicum, & causarum criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed eos alliciunt, & si in probatione delictorum defecerint, non solum inultos relinquunt, immo ex bonis miserrimi accusati, vel ex communi bursa pœnarum expensas eis impendere iubent.*

7 Cæterum, quamuis ex omnium Doctorum schola receptum sit, dictam talionis pœnam propter dictam generalem consuetudinem fori, & esse sublatam, nihilominus in eius locum succedit pœna calumniatoris, & atrocis iniuriæ, per quam dicti Magistratibus, & officialibus iniuste quærelatis succurritur, vt notant Parisius de Puteo de syndicat. in dicto cap. primo. verba. iniuria officialis, Gregorius Lopez in l. 13. tit. 1. par. 7. gl. 1. in fine, quos refert, & sequitur Bouadilla dicto lib. 2. cap. 22. num. 94. vbi alios refert.

Pœna autem falsi calumniatoris est
8 extraordinaria, & iudex arbitraria, siue quærela, seu accusatio sit facta de crimine extraordinario, siue ordina-

rio,

rio, vt post alios quos citat concludit Menoch.dict.casu 321.n.3.& ante eũ Bossi.in tit.de præuarica.n.8. & licet idem Bossi.in tit.de accusatio.nu.17. in fine, calumniatoris pœnam tãquã à iure non determinatam pecuniariã fore, ex communi obseruantia apud eum asserat, Iul.Clar.tamen in §.fin. q.81.vers.Sed quæro nunquid, prope finem, dicit, quod etiam, quod hodie sit sublata pœna talionis, si tamẽ aliquis faceret capi alium, qui esset innocens, & appareret, quod id per calumniam fecisset, vt illum decapitari faceret, forte ipse non euaderet similem decapitationis pœnam, pro vt eam non cuitasse, sed fuisse quendam Perusij decapitatum, testatur Bal.in l.2.num.4.C.de his qui latro. refert q.idem Clar.in d.loco, quod alias apud eum fuit ad catenã infamẽ condemnata quædã Angelina Corberta, quæ falsò accusauerat quosdam, quod illam per vim, & præpostere cognouissent, & nisi fuisset pregnans, vix vltimi supplicij pœnas eui tasset. Hinc etiam dixit Couarrub. lib.2.variar.resolut.cap.1.num.8.ver sic. Huic sane. Quod falsus calumniator, etiã in causa ciuili puniri debet pœna corporali, Amad. autem in tra
10 ct.de syndicat. pag.10. colu.4. vers. Quæ loquens in specie syndicatus dicit quod falsò inculpãs officialem de barataria in causa ciuili puniatur amissione, vel æstimatione litis: in causa verò criminali confiscatione bonorum, & Bossi.in titu.de accusa.nu.37. & in titu.de præuericator.& calumniator, num. 8. in fine refert, quod Mediolani quidam Aduocatus, qui fuit instigator, vt plures quærelæ contra bonum officialem erigerentur, quas non probauit, iussus fuit exulari perpetuo ab illius ſtatus dominio, necnon condemnatus ad soluendum omnia damna, expensas, & interesse per officialem passa.

12 Et iure optimo, etenim non solum falsus accusator ad prædicta tenetur, vtex pluribus quos allegat probat Farinac dict.q.16.num.8. verum etiam in crimine barattariæ condemnari debet falsus quærelator ad expensas duplicatas, & quadruplica-
13 tas, quia sicut iudex de Barattaria conuictus, tenetur ad restitutionem quadrupli, ita et querelator falsus in quadruplicatis expensis condemnãdus est, secundum Puteum de syndicat. in verbo. Barataria, & in verbo, Corruptio, cap. 1. num.6. quem
14 refert & sequitur Caualca. de brachio Regali, par. 5. num. 205. vbi etiam dicit, quod ille, qui solitus est quærelare, tenetur in duplicatis pœnis, quamuis quærelæ substantia sit parui ponderis, & momenti, per textum in l. omnes, C.de delato. lib.11. Et merito quidem, nam calumniator, qui consueuit alias falsas proponere accusationes, & quærelas, multo acrius est puniendus, quam qui semel tantum calumniauit, vt dicit Bossius in titu.de accusatio.num.17. in fine, & Farinat.d.q. 16.n.6.

15 Competit etiam dictis Magistratibus, & officialibus aduersus dictos falsos quærelatores actio iniuriarum, nam iniuria officiali facta grauius punitur, maxime pro quærelis falsis, & extortionibus impictis, & baratarijs, vt in terminis notant Puteus de syndicat. in verbo, Iniuria officialis, cap.1. Rondinel. in eodem tractatu, num. 67. & 68.Bossius in titulo de officia.corrupt.num.35.& 37. Caualcanus in dicto tractatu de brach. Regali, par. 5. num. 207. Etenim vulgare est in iure, quod actione iniuriarum tenetur, qui per calumniam officialem quærelat, l. iniuriarum, cum similib. ff. de iniur. l.damnum, C. eodem titu.

16 Quæ conclusio procedit etiam in fisco, seu procuratore fiscali indebitè aliquem vexante, qui si per calumniam iudicem ad inquirendum instigauerit, nedum tenetur inquisito actione iniuriarum, vt plene per Cranet. in consil. 168. num. 7. & seq. verũ etiam ad damna, expensas, & interesse de suo proprio resarcienda, argu. text. in l. succurritur, ff. de excusatio. tutor. Inon est ignotum. vbi Ioann. Faber C. in quibus caus. tut. habeant. Bauer. singula. 23. incipit, Procuratores fiscales, Bart. in l. si postulauerit, §. fin. ff. de adulter. Quinimo etiam de iuris rigore concremari potest ex constitutione Imperatoris in l. vniuersi, C. vbi caus. fiscal. vbi Salicet. reddit rationem, quia scilicet delicta à familiaribus Principis commissi, pro vt sunt fiscales procuratores cum in eiusdem Principis ignominiã reddant, præ cæteris grauius puniendi sunt, & cum præfata Imperatoris constitutione concordat illud Danid Psalm. 139. *Labor labiorum suorum operiet eos, eadem super eos carbones, in ignem dejicies eos.* & Psal. 119. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Gramma. qui hæc omnia refert in decis. 60. nume. 21. cui adde Frãciscum Personã. in tract. de indit. & tortura, num. 107 & Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 7. ti. 2. rubr. de aduoca. fiscal. num. 7. & Ioseph. Ludouic. in decis. Lucen. 1. num. 34. & seq. p. 1. vbi propterea multum exclamat contra istos procuratores fiscales, qui recipiendo ab instigatoribus munera, & pecuniam indebitè pauperes innocentes vexant, dicens, quod licet dicta pœna ignis de facto non seruetur cõtra eos in foro fori, non tamen in foro conscientiæ excusabuntur ab ea & in alio seculo.

Verum prædicta intelligẽda sunt,
17 vt procedant, quando fiscalis procurator est in vera calumnia, vt puta quando scienter, & dolose contra aliquem instigat, vt in casu de quo cõsulit. Cranet in d. consil. 168. secus si in præsumpta, quia necessitas officij eũ excusat secundum Milleum in practica criminali in denuntiationis formula, n. 117. vbi pulchre distinguendo, dicit, quod si procurator Regis, seu fiscalis solus litẽ prosequatur aduersus reum criminaliter, & reus vincat, nõ tenetur dictus fiscus ad expensas, dãna, nec interesse erga reum: nam qui iure publico vtitur nemini iniuriã facit, cũ iuris exequutio iniuriam in se non habeat, l. iniuriarũ. §. is qui iure, ff. de iniurijs, subuenitur q. alicui ratione officij, in eo, quod nõ illicite fit, l. qui restituere, ff. de rei vind. l. cotiner, ff. quod met. causa. Si tamen occurreret dolus, fraus, calumnia, aut concusio in procuratore fiscali, tunc vtique condemnandus esset in expẽsis, damnis, & interesse nomine proprio, & non fiscali, cap. fin. extra de calũnia, l. 1. C. de sumptib. recup. lib. 10. l. qui fundum §. si tutor, iũcta glos. ff. pro emptore.

18 Similiter vbi Consules, seu Iurati alicuius Ciuitatis, seu Vniersitatis, aut aliorum syndicus, seu Procurator nomine ipsorum falsò quærelasset iudicem, seu officialem, si in probatione deficerent, in expensis, damnis, & interesse condemnari debent nomine ipsorum proprio, & non ciuitatis, nec Vniuersitatis, prout ita in terminis concludit Bouadil, d. lib. 5. ca. 2. num. 96.

19 Et super his te scire oportet, quod quærelantes officialem, & succumbentes appellantur infames, cum quærelam infamatoriam iustificare nequissent, Boss. tit. de offici. corrup. pecun

num.

num. 386. vbi etiam dicit huiusmodi calumniatores pœna capitali puniri debere, idem in tit. de senten. nu. 29. & est communis opinio, de qua testatur Abb. in cap. testimonium, colu. 5. extra de test. Cabal. Resol. criminal. 266. num. 10. 11. & 12. & seq. Dulcet de syndicat. num. 22. & 23. vbi etiam in confiscatione bonorum, in damnis, expensis, & interesse. Quinimo & nō
20 probantes dicti quærelatores contenta in quærela, in totum succumbere dicuntur, etiam si in parte probent, & sunt puniendi, Bart. communiter approbatus in l. denuntiasse. §. quid tamen, vbi distinguit ff. de adult. Clar. q. 62. vers. Dixi, Rondinel. de syndic. num. 66. & seq. Farinac. de accusatio. q. 15. num. 6. cum seq. & pulchrè Bouadil. d. lib. 5. cap. 2. num. 198. vbi ad propositum plures refert, & testatur de communi, & hic est notandum, & perpetuo menti tenendum, quod si quis quærelat Prætorem, & dicit aliquid commississe, vel omisisse, culpa, vel dolo, vel barataria, in contemptum, vel aliter, ex quibus qualitatib⁹ infamia, Iudex, aut Prætor grauetur, quod expedit probare in specie omnes has qualitates, vt pulchrè sentit Menoch. d. casu 322. Et ratio est, nam
21 qui se fundat in aliqua qualitate, illā probare debet, vt in l. habear, in principio ff. de iust. actio. l. denuntiasse. §. 1. ff. de adult. Siquidem ad puniendum delictum ratio haberi debet qualitatum delicti, & personarum, vt inquit Gomez var. resolu. tit. de delict. ca. 6. num. 4. Et ideo debet probari qualitas tam in agendo, quam in excipiendo, Plot. in l. si quando, num. 354. & seq. C. vnde vi. Pieri namq. potest, vt Prætor commiserit, vel omiserit id de quo imputatur, sed non cum illa mala qualitate, in quærela deducta, quo casu est omnino absoluēdus, Iason. in l. 1. colu. 3. 2. notab. de lega. 1. Hypolit. singul. 587. incipit, Qualitas. & in pract. §. quoniam, nu. 61. in fi. Bal. cons. 431. volum. 4. Cœpol. consil. crimi. 36. incipit, Esto quod in actis, Roland. consil. 45. num. 11. cum pluribus seq. vol. 3. Socin. sen. consil. 36. volu. 2. Tob. Non. consil. 98. num. 1. & 2. Mōticel. reg. 1. num. 36. Cephal. cons. 230. num. 28. lib. 2. alios adducit Farinact. de inquisitio. q. 1. num. 28. vbi infert ad multa, & præsertim quod si in quærela fuerit deductus dolus, & solū iustificata fuit culpa, non posset puniri, vt per Bald. d. consil. 431. vol. 4. Ossasc. cons. 65. vol. 4.

Hinc sequitur, quod debent benè
22 puniri illi, qui in quærela dicunt, & allegant, iudicem dolosè, scienter, & appensate iniquam tulisse sententiā, vt morem gereret aduersario, & windictam sumeret contra quærelatem, nam qualitas deducta, & non probata in quærela facit succumbere, Ioseph. Cumia. de syndica. cap. 14. n. 25. & probant DD. supra citati, ex quo il lud sequitur, quod multi quærelantes succumbūt, ob eorum animi peruersitatē ducti, quia non stāt super meritis causæ, sed addunt in querelis infamatorias qualitates valde exorbitantes contra Iudices, quibus non probatis in totum succumbere dicūtur per supradicta.

Redeūtes vnde digressi sumus, di-
23 cimus, quod si contigerit, quod querelator fuisset clericus, ipseq. dolosè, & iniustè quærelasset Prætorem, Iudicem, seu officialem, & pariter in probatione deficeret, & sic omnia contenta in sua quærela non probasset, vtiq. per visitatorem in expensis, damnis, & interesse condēnari deberetur, ex regula iuris disponente, quod victus victori in expensis condemnetur, l. properādum. §. alteretur a. C. de iudic. Petrde Anchar. in reg. ea quæ, q. 22. de reg. iur. Gramma. lib. 1. super cōst. Regni. vers. exto, fol. 28. & in terminis ita notat § Bouadil. lib. 2. cap. 18.

num.143.& 243.& lib.1. c2.2.n.19. vbi distinguendo dicit, quod clerici calumniatores, quoad pœnam pecuniariam possunt per iudicem laicũ condemnari, non autẽ in pœna corporali, quia circa illius impositionẽ recurrendum est ad iudicem ecclesiasticum.

24 Similiter, vbi officialis quærelatus in eodem iudicio reconuenisset clericum calumniatorem, quem reconuenire potest, prout modo dicemus, tunc vtiq. poterit visitator laicus ipsum clericum in expensis condemnare, ad tradita per Anto. de Fano. in tract. de brachio secula. auxil. implo. num. 17. 20. 21. & 22. vbi dicit quod quando persona ecclesiastica conuenit laicum coram iudice seculari, & ibidem reconuenitur ratione reconuentionis laicus iudex habet iurisdictionem in ecclesiasticos (intelligẽ quoad res prophanas) cap. cum abhomine, extr. de re iud. Rolãd. à Val. consil. 21. num. 10. & consil. 37. vol. 1. Apostil. ad Afflict. decis. 24. num. 12. & sic ciuiliter Cagnol. in l. cum quædam puella, num. 33. ff. de iniur. cap. 1. dist. 3. & cap. 1. de mut. pœti.

25 Propterea vt falsus quærelator, in expensis, damnis, & interesse, ratione calumniæ, & iniuriæ condẽnari possit, cautela est, quod Magistratus, & officiales, videntes contra se porrigere quærelas iniustas reconueniant quærelantes, vt per Puteum de syndicat. verbo, Iniuria officialis, cap. 1. num. 4. & Caualc. de brachio regali, p. 5. num. 207. vbi quod reconuentio permittitur pro iniuria, & damnis datis, idem in 4. p. num. 379. sub litera H. post Alex. in consil. 11. num. 4. vo lum. 1. Socin. con. 118. num. 12. vol. 1. Menoch. d. casu 321. num. 43. Boss. tit. de accusa. n. 19. ad finem dicit, quod vt acculator tanquam calumniator, in expensis condemnetur, quærelatus debet in eodem iudicio cum reconuenire actione iniuriarũ, vel post absolutionem.

26 Cæterum in hac materia mihi sẽper admodum placuit consilium tradictum à Bouadilla in d. lib. 5. cap. 2. nu. 105. vbi dicit, quod officialis quærelatus cum respondendi capitulis in quærela contentis, excipiat de calumnia cum speciali reseruatione quærelandi accusatorem, & postea ipsam calumniam legitime probet, dicens, quod si tunc quærelantes reconuenisset, videretur cum illis compẽsare culpas, & excessus impositos, ideoque consuluit, quod post latam sententiam absolutoriam, ac negotiũ principale terminatum, & sic constito de innocentia officialis, detectaq. calumnia quærelantium, tunc coram Regio Senatu quærelam aduersus illos proponat, in eaq. si maluerit dicere poterit, quod tot, & tam grauia crimina, sicut contra ipsum fuerunt falsò imposita, noluisset sustinere. & pati pro quingentum mille ducatis, pro quibus fuit, nimis grauatus, & iniuriatus, quam iniuriam æstimare poterit cum æstimationem recipiat, provt ibidem latissime probat sub litera. B. quamuis sibi melius videtur, quod officialis iniuriatus nullatenus ad æstimationem iniuriæ procedat, sed pætat quod quærelantes condemnẽtur ad pœnam calumniæ, & in expensis, damnis, & interesse vsq. ad summam tot ducatorum, & tunc dicit, quod Senatus iubet quærelam dicti officialis simul cum processu residentiæ consui, & vniti, & postmodum visis actibus, & ambobus processibus, fit iudicium, & profertur sententia, referens se ita præticasse, & obtinuisse, aliisq. ẽpius consuluisse. Quod quidem cõsilium vti iustum, iuridicumq. & tãto viro doctissimo dignum sequendum est, maxime quia cum illo concordare videtur illud quod in proposito ex pluribus Doctoribus refert Farinat.

quæst.

quæst. 6. num. 30. dicens quod vt fal-
sus quærelator, possit de columnia, &
in expensis condemnari, non solum iu-
dicis officio, nec cancellario, in cade sen-
tentia, in qua officialis absolvitur, fie-
ri potest, sed etiam per viam principa-
lis actionis, & contrariæ accusatio-
nis post sententiam prolatam, ac ter-
minatum principal. negotium, fieri
licebit.

28 Verum super ista expensarum, & damnorum condemnatione oportet quod visitatores animadvertat, quod si quærelator habuerit iustam quærelandi causam, non debent illum in expensis condemnare, nam sicut actor iuste civilibus, qui iustam litigandi causam habuit, a calumnia excusatur, & propterea in expensis non condemnatur, l. text. in l. qui solidum §. qui etiam, ff. de legat. 2. & oportet, & ibi glos. in authenti. de iudic. DD. in l. properandum, § sin autem alteruter, C. de iudi. 3. C. de calumnia, Menoch. de arbitr. casu 177. num. 1. & de communi post alios testatur Nichol. Anton. Graual. in addit. ad Vestr. in prax. lib. 8. cap. 2. Franc. March. dec. 388. n. 2. p. 2. & alibi (sæpissime DD.

29 Ita pariter, & in criminalibus excusatus est a præsumpta calumnia quærelator, si iusta causa, seu error ejus quærelaturit officialem, text. est expressus in l. 2. § sed non vtique, ff. ad S. C. Turpil. in his verbis: *Sed non utique qui non probat quod intendit, protinus calumniam dicitur fecisse, sæpissime rescriptis, arbitrio cognitoris committitur, quid reo absoluto de accusatoris incipit consilio quæri, quo animo quisque ad accusationem processerit, & esse eius iustum errorem, necne*, ac postea text. subdit: *Si vero*, & ex quo text. apertè colligitur, quod iustus error excusat quærelantem a calumnia, ad idem est text. in d. l. 2. § de calumnia late Mascard. in practica tract. de probat. conclus. 1254. num. 17. ff. de quæstion. Iustitia Syndicat. verbo, Expensarum, & de causis iuste quærel. & ad criminalem, & reparationis arguit Graue. in consil. 178. num. 10. & de communi testatur Benin. tend. de sit. Bonon. 46. num. 3. Mutus

30 Iusta autem causa, sicut in debitis quæ iustificiens ad excusandum ab ore tem ab expensarum condemnatione iudicis arbitrio remittitur, secundum Bal. in l. n. C. de adue. diuers. iudic. Iaf. in d. l. properandum, & alteruter, num. 8. Menoch. d. casu 177. num. 1. Ita in criminalibus, quæ iustificata causa excusandi accusatorem a calumnia pariter iudicis arbitrio committitur, vt bene probat idem Menoch. casu 321. num. 3. per text. expressum in d. l. 1. §, sed non vtique, ibi: *Arbitrio cognitoris committitur*, ff. ad S. C. Turpil. Sed particulariter, quibus causis moueri debeat iudices visitatores, ad id iuste arbitrandi, ex sequentibus facile perspicies.

31 Prima causa excusandi quærelantem a calumnia, per ea, esse potest, quando scilicet deceptus fuit a testibus, qui eidem promiserant, se plenum testimonium laturos, & postmodum in iudicio se nihil scire attestati sunt, isto enim casu quærelantem a calumnia excusari, tradunt DD. in c. 2. vbi præsertim Abb. num. 5. & Felin. 3. notabili de calumnia, Conrad. in pract. de offic. prætor. in caus. criminib. § 3. tit. de (sentent. diffin. criminum. 6. in 25 limita.) Menoch. de arbitr. casu 177. num. 11. & casu 321. num. 4. 5. Asson. in pract. iudic. § 32. cap. 10. 70. limitat. & dei communi, post Clarum, & alios quos allegat testatur Mascard. concl. 1254. n. 21.

32 Secunda causa erit, si quærelator probauerit se, audisse a personis fide-dignis officialem commisisse delictum de quo illum quærelauit, Batt. in l.

in l.athletas.§.calumniator,num.3.ff de his qui notant.infam.& in l.fi. nu me.7.vers.& est alius,ff.de hæred.in stit.Asin.in d.pract.d.§.32.ca.2.in 8. lim.Gabri.in suis conclusionib.lib.7 concl.7.n.40.& de communi testatur Menoch.in sæpe allegato casu 321
33 n.20.Mascar.d.concl.254.n.22.quorum Doctorum ratio iustificatur ex eo,quia dictum probi,& fidedigni viri credentem, generaliter excusat ab omni culpa,dolo,& pœna,in eoq.inducit bonam fidem, & iustam credulitatē,ad tex. & ibi glo. notabil.in l. Titio fundus, ff.de cond.& demons. Anto.Gabr.d.lib.7.concl.8.vbi latissimè,& per Ioseph.Ludo. in lib.1.suarum conclusionum,concl.15.vers.penult. cum alijs plerisque.

34 Tertia causa excusandi quærelantē à calūniæ pœna est necessitas officij,siquidē quærelās,seu accusans coact⁹ necessitate officij,licet puniatur si in vera deprehendatur calūnia, nō tamen punitur,si sit solum in præsūpta,ex eo scilicet,quod quærelam nō probauit secundum Mascard. id latissime probantem conclu.24.num.26. Quod verificari potest in procuratore fiscali instante,& accusante aliquē ex necessitate officij,de quo diximus sup.n.16.&17.necnon &in alijs personis,quibus ius accusandi ex officij necessitate competit, quæ etsi non probent quærelam,excusantur,dummodo testes de delicto verisimiliter informatos nominēt,vt latè probāt Angel.de malefi,in verb. Necnō ad denūtiationē,n.10.Conra.in practi.tit. de denuntia.n.11.Bos.in eod.tit.de denuntiation.n.14. Clar.in.§.fin.q.7. versic.Quæro nūc:late Masca. concl.
35 505.n.3.Interquas reperitur exemplū in tutoribus, qui cum ex necessitate officij accusare teneātur,vt in l.2. C. de his, qui accusa. non poss. Nō ideo puniūtur de calūnia si in probationibus deficiūt,glos.in d.l.athletas.§.calūniator,&ibi Bart,num.5.ff.de his,qui not.infam.Menoch.dicto casu 321.nu me.21. Idem quoq, potest dici de hæ
36 rede occisi, cuius mortē cum vindicare teneatur,ex tex.in l.cum fratrē,C. de his quib.vt indig.ideo in probationibus porrectæ quærelæ deficiens, & sic existēs in sola præsumpta calūnia, non per hoc vti calumniator punitur,vt post Felin. & alios tradit Mēnoch.d.casu 321.n.22.& est text.in l. qui cum maior §.1. de bon. liber. l.mater,in fine,C.de calumnia.

37 Quarta causa erit in muliere, quæ ob sexus fragilitatem excusatur, nec punitur de calumnia,quamuis quærelam non probet,vt in l.1 §.accusationē,ff.ad S.C.Turp.Meno.d.casu 321. n.34.Masca.d.cōclus.254.n.28.&seq.

